Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

~~70.-~~
170 G 39
GW. 7506
CA. 1304

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Quatuor nouiſſima cū mul tis exemplis pulcherrimis



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

MEmorare nouiſſima tua ⁊ in eternum
nō peccabis Ecclāſ. vij. Sicut dicit be
atus auguſtinꝰ in libro ſuarū meditati
onum Plus vitanda eſt ſola peccati fe
ditas. q̄ʒ quelibet tormētoꝝ immanitas.
Cū ergo nouiſſimorū noticia ⁊ illoruʒ
frequēs memoria a peccatis nos reuo
cat. ꝟtutibus nos copulat ⁊ in omni bono ope nos reti
net et cōfirmat. Ideo diuina inſpirāte grā de his nouiſ
ſimis. videlicet que ⁊ quot illa ſunt modicū ꝓpoſui dice
re ⁊ narrare Necnon quodlibet ipſoꝝ dictis et auctori
tatibꝰ ⁊ exemplis ſingulariter ⁊ per ſe. ac ſpecialiter ⁊ p̄
ciſe quodāmodo declarare Eſt ergo notandum ꝙ quat
tuor ſunt nouiſſima cōiter apud ſcōs in numero cōpu-
tata. Sicut patet euidenter ex ꝟbis beati Bernardi in
quodā ſermone ſic dicentis In omnibꝰ operibꝰ tuis me
morare nouiſſima tua Que quidē quattuor ſunt mors
iudicium. iehenna et gloria. Quid horribiliꝰ morte. quid
terribilius iudicio: quid intolerabiliꝰ iehenna. ⁊ quid io-
cundiꝰ celeſti gloria. Hec bern̄. vbi ſupra Iſte ſunt q̄ttu
or rote currus anime vehentes eam ad eternam ſalutē:
Iſta ſunt quattuor incitamenta incitātia ſpiritū hōis.
vt ſpretis omnibꝰ mūdanis ad ſuum redeat creatorem.
Eſt ergo conueniens ⁊ vtile ꝙ habeantur in continua
recordatione Et ergo dicit ſapi. eccľ. xxvij. Memēto no
uiſſimorum. Unde quidam volens hec nouiſſiā frequē
ter habere pre oculis et iugiter in memoria verſificādo
ſic loquitur. Bis duo ſunt que cordeteuus ſub pectore
miſi. Mors mea iudiciuʒ baratri nox lux paradiſi Uex
cum totalis huius opuſculi proceſſus principaliter ad h̄
conatur inducere. vt nouiſſimoꝝ celebris memoria cor
dialiter ⁊ intime humanis cordibꝰ imprimatur Conti-
nue ergo videbitur rei conſonuʒ. vt p̄nti huic libellulo
nomen cordiale loco ſui tituli ſi placet imponatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

De morte corporali

PRimū igitur nouiſſimorum cuius memoria ē
a peccatis retractiuū eſt mors preſens ſiue cor
poralis Unde Bern̄. in ſpeculo monachorum
Summa philoſophia eſt meditatio mortis aſſidua. hāc
quocunq3 homo perrexerit ſecum portet. et in eternum
non peccabit. Item Auguſtinus in libro exhortationū
Nihil ſic renocat a peccatis. ſicut frequens moditatio
mortis Hec eſt enim illa que facit hominem ſe humilia-
re. omnia contēnere et peuitētiā aggredi ſiue acceptare

Qđ meditatio mortis facit homi
nem ſe humiliare

DIco ergo ꝙ mortis recordatio facit hominez ſe
humiliare. Unde auguſtinus in libro de ver-
bis domini. Agnoſcat homo ſe mortalem ⁊ frā
gat elationem. Cetera noſtra et bona et mala incerta
ſunt Sola mors eſt certa Unde quāuis aduentus eiꝰ
hora nobis eſt occulta ⁊ incerta. Ipſa tamen eſt certiſſi
ma. et veuiens venit cito et non tardabit Unde ecclāſ
tici xiij Memor eſto quoniam mors non tardat Scribi
tur enim in thobia Mors ꝓperat fuga nulla patet. mor
tale tributum Soluere nature lege tenetur homo. Ad
idem dicit bernardus in ſermone. Miſer homo quare te
omni hora non diſponis ad mortem. Cogita te iā mor
tuum quem ſcis de neceſſitate moriturum Diſtingue q̄
liter oculi tui vertentur in capite. vene tue rumpentur
cor ſcindetur in dolore Quis ergo iam non timebit ⁊ ſe
humiliabit cum certiſſime ſcit ſe moriturum ⁊ in terrā
reuerſurum Nulla enim erit perſonarū acceptio. ſicut
nec fuit vt ſcribitur ij Regum xiiij. Omnes morimur ⁊
quaſi aque dilabimur in terram que non reuertuntur.
Unde in Richardo Iure vocata fuit mors. quia mor
ſus amarus omnibꝰ eſt. a quo nemo cauere poteſt Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

dicitur in libello de contemptu mundi. Mors reſecat.
mors omne necat quod carne creatur Magnificos pre-
mit et modicos. cunctis dominatur. Nobilium tenet i
perium nulliuſq; veretur. Tam ducibus q̄ȝ principibus
communis habetur Mors iuuenes rapit atȝ ſenes. nul
li miſeretur Illa fremit. genus omne tremit quod in or
be mouetur Illa ferit. caro tota perit. de ſub pede mor-
tis Conteritur nec eripitur. vir robore fortis nil redi-
mit. dum mors perimit. quia federa nunq̄ȝ Nec preciū
nec ſeruicium mors recipit vnq̄ȝ. Sȝ quid plura loquar
nulli mors impia parcit Nec euadet inops nec que mar
ſubia farcit Certe audeo nunc q̄ mors eſt vltima linea
reruȝ Unde ſcribitur i ghxta Omnia mors tollit. Doc
tum cecidiſſe cathonem. Atq; ipſum ſocratem procubu
iſſe ferunt Ecce qualiter ſciētia aut doctrina nullum p̄-
ſeruat a mortȝ iaculis ꝛ ruina Nam vt ſcribitur eccle-
ſiaſtici ſcd̄o Moritur doctus ſimiliter ꝛ indoctus Un
de yſaie triceſimotercio dicitur Ubi eſt legis verba pō
derans. Ubi eſt doctor paruulorum Quaſi diceret. nō
ſunt neq; viuūt. ſed eodem curſu cum alijs tranſierunt
Sed cum gheta ſolos duos dictos ante nominat fore
morte peremptos Dic mihi tu. vbi alexander potentiſ
ſim⁹. vbi iudas machabeus. ꝛ ſampſon vir fortis viri-
bus. vbi creſis ditiſſimus. vbi abſolon pulcherrimus. v
bi galienus medicus. ꝛ Auicenna eius ſocius. Ubi ſa-
lomon prudentiſſimus. vbi tullius. vbi areſtotiles peri
tiſſimus. vbi plato. vbi porphirius. vbi doctiſſimus poe
tarum virgilius Nonne omnes tanq̄ȝ peregrini ꝛ hoſ-
pites vnius diei velociſſime tranſierunt. Uere ſic Nā
vnus ex eis non remanſit. quia in vanitate defecerunt
dies eorum. ꝛ anni eorum cum feſtinatione Nam vt di
citur in pſalmo In ymagine pertranſit homo. Nunc e
nim fortis ꝛ ſanus. compos per omnia. cras vero debi
lis aut languidus. feſſuſq; in terra cum dubia ꝛ fragilis

nobis vita tributa. Quod etiam ibi clare patet ſcd̄m
phm̄. qui adriano imperatori de eēntia ⁊ ſtatu hominis
interroganti ſic reſpondit Homo eſt mancipium mor-
tis. hoſpes loci ⁊ viator trāſiens ſimilis aceruo roſe mi-
nus mature atꝫ pomo nouo Ex his faciliter comproba
tur q̄ꝫ fragilis ⁊ labilis ⁊ q̄ꝫ indurabilis eſt humana vi-
ta. non ſolum modo pauperis. verum etiam cuiuſlibet
quantūcunqꝫ diuitis aut potentis. Nā commune mo
ri. mors nulli ꝑcit honori. Mors fera mors nequā mors
nulli parcit et equam Mors ſeruat legem tollit cū pau
pere regem. Nam regis ⁊ pauperis lex eſt moriendi cō
munis Dat cauſam flendi ſi bene ſcripta legis Vn̄ iob
xx. ſic ſcribitur de diuite ⁊ elato. Si aſcenderit vſqꝫ ad
celum ſuperbia eius. ⁊ caput eius nubes tetigerit. quaſi
ſterquilinium in fine perdetur. ⁊ qui eum viderint di-
cent Vbi eſt: velut ſomnium euolans non inuenietur
tranſijt ſicut viſio nocturna Itez Baruch iij. Vbi ſūt
principes gentium ⁊ qui dominantur ſuper beſtias que
ſunt ſuper terram qui in auibus celi ludūt: qui argentū
thezauriſant. ⁊ aurum in quo confidunt homines: ⁊ nō
eſt finis acquiſitionis eorum. qui argentum fabricant.
⁊ ſolliciti ſunt. nec eſt inuentio operum illorum Exter
minati enim ſunt ⁊ ad inferos deſcenderūt ⁊ alij in lo-
cum eorūdem ſurrexerūt Unde proſper in ſuis ſentēti
is ſic ait. Vbi ſunt inſuperabiles oratores. vbi qui con
uenientius feſta diſponebant. vbi equorum ſplēdidi nu
tritores. vbi exercituū duces. vbi ſatrape et tyranni. nō
ne omnes puluis ⁊ fauille. nonne in paucis verſibus eſt
eorum memoria vite. Reſpice ſepulchra ⁊ vide. quis ſer
uus et quis domin⁹. quis pauper ⁊ quis diues. Diſcer-
ne ſi potes victum a rege. fortem a debili. ⁊ pulchrum a
deformi. Item dicit Criſoſ. in libro de reparatiōe lapſi.
Quid profuit illis qui in luxuria corporis ⁊ in preſenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

vite voluptatibus vſqȝ ad vltimū diem permāſerunt.
intuere nūc ſepulchra eorum Vide ſi eſt aliquid iactan
tie veſtigium. ſi aliqua diuitiarū vel iactantie ſigna cog
noueris. Require vbi nūc veſtes ⁊ ornamenta peregri
na. Ubi nūc ⁊ ſpectaculorum voluptas. Ubi ⁊ ſecuto-
rum turbe ⁊ opulentia. riſus iocus. īmoderata atqȝ irre
frenata leticia. quo abceſſit. Ubi illa nunc et ipſi. finem
vtrorumqȝ intuere diligentius. ⁊ accede ꝓpius ad ſin-
gulorum ſepulchra Vide cineres ſolos et feditates ver
mium reliquias ⁊ recordare hunc corporum eſſe finem.
etiam ſi in delicijs et leticia. etiam ſi in labore ⁊ continē
tia tranſegerint hic vitam. Item Bernard. in ſuis me-
ditationibus ſic īquit. Dic mihi vbi ſunt amatores mū
di qui ante pauca tempora nobiſcum erant. nihil ex eis
remanſit niſi cineres et vermes Attende diligenter qd
fuerunt Homines fuerunt ſicut tu. comederunt. bibe-
runt. riſerunt. duxerunt in bono dies ſuos. ⁊ in pnncto
ad inferna deſcenderūt Hic caro eorum vermibꝰ. ⁊ illic
anima eoruȝ ignibꝰ d̄putatur Donec rurſus infelici col
legio colligati ſempiternis inuoluantur incēdijs qui ſo
cij in vicijs ⁊ in peccatis fuerunt Quid profuit illis in
anis gloria. breuis leticia. mūdi potentia. carnis volup
tas. falſe diuicie. magna familia ⁊ mala concupiſcentia.
Ubi riſus. vbi iocus. vbi iactantia. vbi arrogantia. De
tanta leticia quanta triſticia. poſt tantam voluptatem
tam grauis miſeria. De illa exaltatiōe ceciderūt in mag
nam ruinam ⁊ grauia tormenta Quicquid illis accidit
tibi accidere poteſt Quia homo es. homo d̄ humo. limꝰ
de limo. De terra es. de terra viuis ⁊ in terram reuerte
ris. De his ſupradictis amatoribus mūdi tam carnali-
ter ⁊ ſeculariter vinentibus nec mortem metuentibus
iam vicinam ſic loquitur bernardꝰ ad fratres de monte
dei. O miſerabiles miſeri. quos ipſe miſerie huius vite ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

vie ſeducunt. dum in bonis dies ſuos ducunt. ⁊ in pun
cto ad inferna deſcendunt Nam vt dicitur in pſalmo.
Veniet mors ſuper illos ⁊ deſcendāt ad infernū viuē
tes Certe nūc quilibet eorum poſſet dicere. Circūdede
runt me dolores mortis. ⁊ pericula inferni inuenerunt
me Hi ſunt miſerabiles miſeri quos vita preſens hic ſe
ducit De quibus dr Job. xxi. Impij viuunt ſubleuati.
confortatiqꝫ diuicijs. ſemen eorum permanet corā eis.
ꝓpinquorum turba ⁊ nepotum in conſpectu eorūꝫ. Do
mus eorum ſecure ſunt et parate. ⁊ non eſt virga dei ſu
per illos Bos eorum concepit ⁊ nō abortiuit. vacca pe-
perit ⁊ non eſt priuata fetu ſuo. exultant luſibus. tenēt
timpanū ⁊ citharam ⁊ in puncto ad inferna deſcendūt
O q̄ꝫ male fecundatur q̄ꝫ ſtulte ludificatur Qui prop-
ter florem mundi vanūqꝫ decorem Qui prius apparet
quaſi flos ⁊ protinus aret. Vadit ad infernum. perdit
dyadema ſupernum Mallet preterite ꝙ in omni tempo
re vite. Pauper vixiſſet nec diuitias habuiſſet. nec im-
merito: nam. quid tunc thezauri. quid aceruus proderit
auri Cum peccatores mittuntur ad inferiores. Infer
ni latebras ignem paritérqꝫ tenebras Semper paſſuri
nec ab his vnq̄ꝫ redituri. Chariſſime quid dicis de diui
tibus huius ſeculi. nonne moriūtur ſicut ceteri. veriſſiē
in nullo videntur priuilegiati. Nam ſicut dicitur ſapi-
entie ſeptimo Unus eſt introitus omnibꝰ ad vitam et
ſimilis exitus Item iob viceſimoprimo Iſte moritur ro
buſtus et ſanus diues et felix. viſcera eius plena ſunt a
dipe. ⁊ medullis oſſa irrigātur. Alius vero moritur in
amaritudine anime ſue abſqꝫ vllis opibus. ⁊ tamen ſi-
mul in puluere dormient ⁊ vermes opiēt eos Ecce q̄l'r di
uites mūdi ⁊ potētes mortē cōem ſortiūt cū paupibus
Vn̄ ecclāſ. x. oīs potētatꝰ breuis vita. rex ē hodie ⁊ cras
moriē De tali rege ſine dubio ſic legiē i. mach. ij. glā eius
ſtercꝰ et vermis hodie extollitur ⁊ cras non inuenietur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Exemplum enim accipe de excellentiſſimo mūdi p̄linci
pe. videlicet alexandro magno qui vniuerſum mundū
ſibi ſubiugauit. ſic ꝙ totiꝰ ſeculi ſolꝰ dominꝰ putabatur.
Unde legitur de ipō Magnꝰ alexander quo primū gre
cia rege floruit e terris multa trophea tulit Hic mundi
peragrās fines ſibi ſubiugat orbem Tota terra minor
viribꝰ eius erat Item in alio loco ſic ꝺ eo ſcribitur Om
nia rex regum ſibi ſubdita regna videbat Fecit eū fame
ſonus et fortuna monarcham Totus alexandro famu
letur ſubditus orbis Magnus et in magno dominetur
maximus orbe. Sed poſt mundi triumphum. poſt vni
uerſale ⁊ vnicum totius mūdi adeptū imperiū q̄d mag
ni ſequebatur Nunquid regni ſtabilitas aut potētie ꝑ
petuitas. nūquid corpis incolumitas. aut p̄ntis vite lō
geuitas Certe nequaq̄ꝫ. ſꝫ illud commune oībꝰ Ultimꝰ
ad mortem poſt omnia fata recurſus Tunc bene potu
it dicere Alexander in hora mortis ſue illud iob Ecce e
go quondam opulentus repente contritus ſum. Nam
ſolummodo per duodecim annos ⁊ non ampliꝰ impera
uit Sic enim ſcribit de ipſo petrꝰ in aurora. Bis ſenis
dominans annis morti vir obedit. Cuius viuit adhuc
neſcia fama mori. Similiter de morte conquerendo po
tuit dicere illud Job xix Spoliauit me gloria mea ⁊ ab
ſtulit coronam de capite meo. deſtruxit me vndiqꝫ ⁊ pe
reo. Ecce chariſſime iam manifeſte patet licet omnia ce
ſar habꝫ. tn̄ gloria ceſaris eſſe deſinit. ei tumulꝰ vix erit
octo pedum. Ex quo apparet euidenter ꝙ regia maieſ
tas omnis terrena poteſtas Proſperitas rerum ſeries
longinqua dierum Preterit abſqꝫ mora mortis cuꝫ ve
nerit hora Unde dicit alius poeta Es ſapiens marcet
ſapientia morte redundans Diuitie lapſu mobiliore flu
unt Es probus. expirat probitas. es honeſtus honeſtas
Labitur es fortis fortia morte cadunt Sane iam video
ꝙ ſingula de nobis anni furātur eūtes Et ergo. Si fu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

eris diues. pulcher fortiſue. quid inde Si dominus mū
di. ſi rex. ſi papa Quid inde? Tam cito pretereūt hec ō
nia ꝙ nihil inde Sola manent merita quia glorificabi-
mur inde Unde yſidorus in quadā omelia ſic dicit. Di
lectiſſimi penſare debemus q̄ꝫ breuis eſt mūdi felicitas.
q̄ꝫ modica eſt huius ſeculi gloria. q̄ꝫ caduca et fragilis ē
temporalis potentia. Dicat qui poterit vbi ſunt reges.
vbi principes. vbi imperatores Ubi rerum locupletes.
Ubi potentes ſeculi. vbi diuites huius mundi. Quaſi
vmbra tranſierunt ⁊ velut ſomnium euanuerūt. Que
runtur ⁊ non ſunt. Quid dicemus ad hec? Reges obie
runt. ⁊ principes mortui ſunt. Multi tamen putant ſe
diu viuere. et quaſi nunq̄ꝫ morte cadere de preſenti vita
Certe non ſic impij non ſic. Uos autem ſicut homīēs
moriemini. et ſicut vnus de principibus cadetis. Nam
vt dicit ſeneca ad lucillum Huius eminentis vite cade
re eſt exitus. Unde ſcribitur in glxta Omnia mors de
let. omnia morte cadunt. Uniuerſas enim felicitates
hominū mors terminat ⁊ concludit. Nam cum predi
caueris fidem abrahe. pietatem Joſeph. charitatē moy
ſi. fortitudinem ſampſonis. zelum phinees. dauid man-
ſuetudinem. Helezei miracula. Salomonis diuitias et
prudentiam. abſalonis pulchritudinem ⁊ formam. ſem
per extrema omniuꝫ luctus occupat. finemq̄ꝫ hiſtorie fi
nis hominis imponit. vnaq̄ꝫ concluſio ſingulorꝫ. vide
licet. ⁊ mortuus eſt. Ecce iam patet manifeſtiſſime per
predicta ꝙ forma. genus. mores. ſapientia. res ⁊ honoēs
non retinent hominem qui ruit in cinerem. Nam om
ne quod eſt genitum tendit ad interituꝫ. Hinc eſt ꝙ O
uidius dicit. Ortus cuncta ſuos repetunt matremq̄ꝫ re
quirunt. Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. Om
nia ad nihilum deuenerunt tanq̄ꝫ aqua decurrens. Si
militer ⁊ ego miſerrimus quaſi ad nihilum redactꝰ ſum

et neſciui. Nam dies mei ſicut vmbra declinauerunt. ⁊
ego ſicut fenum arui. Puluis enim ſum⁹. Homo ſicut
fenum. dies eius ſicut flos. ſic efflorebit. Quoniam ſpi
ritus pertranſibit in illo et non ſubſiſtet. et non cog-
noſcet amplius locum ſuum. Ecce iam conſidera ꝙ ho
mo eſt res fragilis durans tempore paruo. Efficitur ſi
milis flori que creſcit in aruo Unde yſaie q̄dragesimo.
Omnis caro fenū et omnis gloria eius quaſi flos agri
Uere fenū eſt popul⁹. exſiccatum eſt fenū ⁊ cecidit flos
Et ergo cur ſuperbit homo qui eſt ſicut fenum tectoruꝫ
quod priuſq̄ꝫ euellatur exaruit Unde ſcribitur in tho-
bia Eſt homo vas luteum. vas lamentabile. fenum ari
dulum. fragilis glebula. ſaccus olēs. Carnis vita. labor
carnis. Conceptio tabes menſtrua. putredo finis. ori-
go luctus Sperma prius. modo ſaccus olēs Poſt ver
mibus eſca in tumulo. Pro qua dote ſuperbit homo.
Item Bernardus in libro meditationuꝫ. Unde ſuper
bit homo. cuius cōceptio culpa Naſci pena. labor vita.
neceſſe mori Poſt hominem vermis. poſt vermē fetor
et horror Sic in non hominem vertitur omnis homo
Attende ergo principium vite tue. ⁊ medium et finem
ſiue terminuꝫ. et inuenies magnam occaſionem te hu-
miliandi Quid cogitas. quid dicis. et quid temetipſum
facis Nonne puluis es et terra. Scriptum eſt enim ec
cleſiaſ. duodecīō. Reuertatur puluis ī terram ſuam vn
de erat. In terram viliſſimam in terram putridam ver
mibus repletaꝫ Job xviij. Putredini dixi pater meus
es tu mater mea ⁊ ſoror mea vermib⁹ Item ecclāſ. xvij
Omnis homo terra ⁊ cinis. Et geneſis iij. Reuerteriſ
in terrā de qua ſumptus es. quia puluis es et in pului
rem reuerteris Et idem ſicut ammonet alan⁹ Eſto me
mor ꝙ puluis eris ⁊ ꝟmib⁹ eſca In gelida putreus quā
do iacebis humo Nō erit ī mūdo q̄ te velit vltra videre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Cum tua rancidior ſit caro rupta cane Vn̄ verſ. quid fetidius humano cadauere. q̄d horribili⁹ mortuo homiē cui⁹ erat in vita gratiſſim⁹ amplex⁹ fit in morte horribili us aſpectus Quid ergo proſunt diuicie. q̄d delicie. quid honores Diuicie non liberant a morte. nec delicie a ver mibus. nec honores a fetore O deus eterne q̄z miſera ſor te clauditur omnis hō. Certe tu cariſſime ſi predcā dili genter attēderes. maximā humiliatiōis cām p̱culdubio inuenires Item ꝙ mortis meōria hominē humiliat pa tet iij. regū xxi. de achab. qui audita cōminatione mortꝭ ſibi facta ab helia interim humiliatus eſt ſic ꝙ dn̄s dix it ad heliam. nonne vides achab humiliatum coram me Legitur ꝙ in romana curia quōdā fieri ſolebat ⁊ adhuc fit ſuo temp̱e. ꝙ creato papa apportabatur corā eo ſtup pa. qua incenſa dicebatur ſibi ſub hac forma Sic trāſit gloria mundi. hoc eſt. ſicut ignis ſtuppam velociter ⁊ ci to redigit in fauillam. ſic omnis mūdi glā cito labitur ⁊ preterit quaſi vmbra Narrat etiam yſidor⁹ conſuetudi nem antiquitus fuiſſe. ꝙ prima die coronationis imp̱a toris Conſtantinopolitani. cū eſſet in glā ſua: lathom⁹ quidam apportauit ei tria vel quattuor genera lapidū. dicens ei ꝙ eligeret de quo vellet ſibi fieri monumentū. Item legitur de beato iohāne elemoſinario patriarcha alexandrino ꝙ dum ſepulchrum eius fieret nunq̄z volu it perfici. ordinans ꝙ in magnis feſtiuitatib⁹ cum honoē ſuo aliq̄s veniret ad eum ita dicens Dn̄e ſepulchꝝ tuū imperfectū eſt iube illd̓ perfici. quia neſcis qua hora fur eſt aduentur⁹. Et quare fiebāt iſta de papa imp̱atore et patriarcha. qꝛ oēs erāt ſtatus excellentiſſimi hui⁹ mūdi niſi vt ſemetipſos recognoſcerēt hoīes mortales Et ſpe longioris vite aut magnanimitate potētie ſeu terrene glorie ſuperbiēdo ſe non extollerent. Sed mortis meō riam pre oculis habendo ſe in oib⁹ humiliaret Vn̄ p̱ p̱

phetam dr in pſalmo Sciant gētes quoniā hoīēs ſunt. hoīēs inqnā id eſt de humo ſeu de limo ꝓcreati. ⁊ idō neceſſario moriūtur. Unde ecclāſ. xli. Omīa que de terra ſunt in terrā cōuertentur. de quoꝝ numero oīs hō dputatur. Uñ ꝓpheta iheremias dicit. Terra. terra. terra: audi ſermones meos Terrā vocat hoīēm ter. Eſt eniꝫ terra. qꝛ de terra creatur. in terra conuerſatur. et in terram redit ⁊ mutatur. Terra eſt creatione. conuerſatio et morte. Terra eſt natura. vita et ſepultura. Terram ſapit. terram lingit. terram ſitit ⁊ concupiſcit. Cōglutinat⁹ eſt in terra venter eius. deſcēdit ad inferiora terre. Celeſtium oblitus ꝑ terra litigat. pro terra pugnat. ꝑ terra mare nauigat. pro terra terram circuit ⁊ pābulat ⁊ ſepius pro terra nūc huc nūc illuc homo miſerabilis āxius laborat. nec a talib⁹ ceſſat. donec qui de terra ſumptus eſt reuertitur in materiā primā videliꝫ terrā. dicēs illud iij. regū. ij. Ecce ingredior viam vniuerſe terre Et ideo cum fex cum limus cum res viliſſima ſim⁹. Unde ſuperbimus. qui ad terram terra redim⁹

Q d meditatio mortis facit hominem omnia contemnere

FAcit etiam ſecūdo mortis meōria hoīēm omīa contēnere et tanqꝫ nihilum ſe reputare Unde Jheronim⁹ in ꝓlogo ſuo ſic inquit Facile contemnit omnia. qui ſe ſemper cogitat moriturū Nam ꝯcupiſcentia oculorum contēnitur. quando aliquis cogitat ſe breuiter oīa relicturū Concupiſcentia carnis cōtemnitur. dummodo quis conſiderat ꝙ corp⁹ ſuū ꝓpriū quaſi in inſtanti erit cibus vermiuꝫ Superbia vite deſpicitur. dum quis hoc corde ponderat. ꝙ ille qui vult eſſe ſuper alios. ponetur in terra ſubtus pedes omnium que eſt infimū elementorū Et ideo dicit idem Jheronimus in eplā ad ciprianū Memento mortis tue ⁊ ñ peccabis. Qui cotidie recordatur ſe moriturū. contemnit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

preſentia feſtinans ad futura. Eſau autem cōſiderans
ſibi mortem imminere faciliter cōtempſit terrena. Un
de dicitur geneſis xxv. En morior. quid mihi pderunt
primogenita? Item yſidorus aduertens preſentis vite
breuitatem. ⁊ ꝙ ea que vidētur hic poſſideri quaſi inſtā
tiſſime videlicet in morte relinquenda ſunt. ad illorum
exhortans cōtemptū ſic inquiens ait Si vis eſſe quietꝯ
nihil ſeculi appetas Semper requiem mētis habebis ſi
curas ſeculi a te proieceris. abijce a te quicquid bonum
propoſitum poterit impedire Eſto mortuus mundo ⁊
mundus tibi. Mundi gloriam quaſi mortuus non aſpi
cias. ab affectu huius vite quaſi mortuus te iam ſepara
Sicut ſepultus nō habeas curā de ſclō Tanqꝫ defunc
tus ab omni te purga negocio. viuens contemne quod
poſt mortem non poteris habere Unde ait ſeneca Ni
hil eque tibi proficiet ad temperātiam oīm rerum tēpa
lium et contemptuꝫ ſicut breuis eui ⁊ huius temporis
incerti meditatio Igitur dilecte mi dum viuis memori
mente memento mori Unde legitur in libello de dono
timoris ꝙ quidam magne litterature in philoſophia da
tus mundi vanitatibus audiens ſemel legi in matutīs
de longa vita patrum antiquorum. et ꝙ ſemper diceba
tur in fine ad quemlibet eorum. ⁊ mortuus eſt. Geneſ
quinto Cogitauit ꝙ ſibi etiam taliter eueniret quantū
cunqꝫ temporis viueret ſuper terram. ⁊ ex hoc concipi
ens mūdi contemptū intrauit ordinem predicatorum.
in quo factus eſt peritus magiſter in theologia ⁊ vir ex
imie ſanctitatis. O q̄ꝫ bene habuit hic pre oculis verba
eccleſiaſ. xi. ſic dicentis Si annis multis vixerit homo.
et in omībus his letatꝯ fuerit. meminiſſe debet tenebro
ſi temporis ⁊ dierum multorum. que cum venerint va
nitatis arguentur preterita. Uere in die mortis patet
vanitas ⁊ vanitatum vanitas. ⁊ ꝙ omnia fuerunt va
na Unde ſcribitur eccleſiaſ. iij. Cuncta ſubiacent vani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

tati. et ſic eſt reuera. vana ſunt omnia vniuerſa ⁊ ſingu
la Vanitas eſt vita noſtra et quelibet mundi creatura
Nam vt dicitur in pſalmo Uniuerſa vanitas omnis
homo viuens Tu autem eſtimas diu viuere. ⁊ hec tem
poralia annis plurimis in delicijs poſſidere Chariſſimi
non ſic. Homo vanitati ſimilis fact⁹ eſt dies eius ſicut
vmbra pretereunt. Ecce iam vides ꝙ dies tui erũt pau
ci ⁊ epiſcopatum tuũ accipiet alter Et ideo. Tempora
longa tibi noli promittere vite. Quocunqȝ ingrederis
ſeqᷓ mors corp̄is vmbrã Ideo ſi bene inſpexeris te ⁊ ver
ba tibi dicta. ac etiam poſtmodum dicenda cordis auri-
bus diligenter perceperis. potius deberes dicere. vado
mori credens per lõgum viuere tempus. Forte dies hec
eſt vltima vado mori. Tibi enim dicitur Luce duodeci
mo. Stulte hac nocte demones repetent animam tuaȝ
a te. Que autem paraſti. cuius erunt? Ergo vade mori
vade certus quia velox eſt depoſitio tabernaculi tui. vt
ſcribitur ſecũda Petri primo. Et cogita iam te mortu
um quem ſcis ꝺ neceſſitate etiam poſt quantoſlibet an
nos proculdubio moriturum. Ac contemne tranſitoria
que ſtatim et abſqȝ mora (quãuis inuite) erũt relinquē
da. Unde poeta refert. Predia terrarum. poſſeſſio di-
uiciarum. fabrica murorum. Grandis ſtructura domo
rum. gloria menſarum. cum delicijs epularuȝ. Inſigneſ
qȝ thori. mappe ciphiqȝ decori. Reſplendens veſtis que
moribus obſtat honeſtis Grex armentorum ſpacioſus.
cultus agrorum Fertile vinetum diuerſa vite repletuȝ
Gaudia natorum. dilectio dulcis eorum. Cuncta relin
quentur. nec poſt hec inuenientur. Ex his iam vide ⁊ ꝯ
ſidera ꝙ nihil ſtabile ſeu permanēs eſt in preſenti vita.
Unde dicitur eccl̃aſtici. ſcd̃o. Magnificaui opera mea.
edificaui mihi domos. Plantaui vineas. Feci ortos et
pomeria. conſeui ea cuncti generis arboribus. ⁊ extruxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

mihi piſcinas aquarum vt irrigarem ſiluas lignoꝝ ger
minantiū. poſſedi ſeruos ⁊ ancillos. multāqꝫ familiam
habui Armenta quoqꝫ et multos ouiū greges vltra ō
nes qui ante me fuerūt in iheruſalem coaceruaui mihi
argentum et aurū ⁊ ſubſtātias regum. ac prouinciaruꝫ
feci mihi cantatores et cātatrices. ac delicias filiorū ho
minū Ciphos et vrceos ad vina in miniſterio fūdenda
⁊ ſupergreſſus ſum opibꝰ omnes qui fuerūt ante me in
iheruſalem Sapientia quoqꝫ perſeuerauit mecum. ⁊ ō
nia que deſiderauerūt oculi mei non negaui eis. nec ꝓ
hibui cor meū quin frueretur voluptate ⁊ oblectaret ſe
in his que parauerā . Cumqꝫ vertiſſem me ad vniuer
ſa opera que fecerant manꝰ mee. ⁊ ad labores in quibus
fruſtra ſudaueram vidi in omnibꝰ operibꝰ vanitatem ⁊
afflictionem animi. et nihil ꝑmanere ſub ſole. Uere ni
hil permanet. omnia enim trāſeūt ⁊ labūtur quaſi vm
bra Unde iohannes de garlandia Quod fuit eſt ⁊ erit
perit articulo breuis hore. Ergo quid prodeſt eſſe fuiſſe
fore. Eſſe fuiſſe fore tria ſunt florida ſine flore Nam ſi
mul omne perit qđ fuit eſt et erit Mūdꝰ enim trāſit ⁊ ꝯ
cupiſcentia eius. Et ideo Qđ breuiter durat quis pru
dens querere curat Unde bernarđ. in libro meditatio
num ſic ait Quid theſauriſat quis in terra. cum ſine di
latione tranſeat ⁊ illud quod colligiť. ⁊ ille qui colligit.
Tu ergo homo quem fructum expectas in mundo. cuiꝰ
fructꝰ eſt ruina et finis mors Utinā hec intelligeres ⁊
nouiſſima prouideres Item petrꝰ bleſenſis in quadam
epiſtola ſic dicit Gloria mundi fallax ⁊ ſeductoria ſuos
decipit amatores Quicquid enim vel futuꝝ promittit
vel in preſenti preuidet. totum ad nihilum deuenit. tan
q̄ꝫ aqua decurrens Ergo inſpice q̄ꝫ fragilis. q̄ꝫ fallax. q̄ꝫ
inanis ſit mūdus ⁊ illius gloria quam cupimus Et igi
tur o ſtultiſſime Cur cito non ſpernis que pretereūtia
cernis. nonne vides mūdum miſerum nimis ⁊ furibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

dum Sub gladio dire mortis languēdo perire

I Nq̄ mors facit hoīem pn̄iam acceptare

Iuxta ordinē premiſſorū nūc reſtat diligenter inueſtigare qualiter mortꝫ meōria facit hoīem pn̄iam aggredi ſiue acceptare Iſtud clare patet ione iij. de niniuitis qui ad cōminationem mortꝫ pn̄iam peregerūt Itez luce iij. Facite dignos fructꝰ penitētie Et ſubdit. Securis ad radicem arboris poſita eſt qḋ eſt ꝯmiātio mortis Cū occideret eos querebant eū ꝛ reuertebātur. ſ. ad penitentiā Ambroꝰ ſuper lucā. Ue mihi ſi pccā mea non defleuero. ve mihi. ſi media nocte non ſurrexero ad confitendū tibi dn̄e Ue mihi ſi dolum ꝓximo meo fecero. ve mihi ſi veritatem non dixero Ad radicem arboris ſecuris poſita eſt. faciat qui pōt fructꝰ grē. qui debꝫ pn̄ie. Adeſt dominꝰ ꝛ qui requirit fructum vite Iob etiā conſiderans breuitatem preſentis vite. potius elegit hic ꝙ̄ poſtmodum inutiliter ſine fructu penitere Unde dicit iob decimo. Paucitas dierum meorum finietur breui. dimitte me ergo vt plangam paululum dolorem meuꝫ anteꝙ̄ vadam ꝛ non reuertar ad terram tenebroſam ꝛ opertam mortis caligine. Uere tempus preſens ē breuiſſimū Nam vt dicitur iob xiiij. Breues dies hominis ſunt. Item prima ad Chorinthꝰos vij. Tempus breue eſt ꝛ ideo eſſꝫ melius minimo breuiter ꝛ leuiter ſuſtinere modicum. ꝙ̄ poſtea dolere ꝛ inutiliter penitere per īfinita ſecula ſeculorum Unde dicit auguſtinꝰ in libro ꝺ decem cordis Melior eſt modica amaritudo in faucibus ꝙ̄ tormentum eternum in viſceribus De breuitate preſentis vite idem dicit in ſermone Uita homīs tota breuis eſt ab infantia vſqꝫ ad decrepitam ſenectutem Adā enim ſi adhuc viueret ꝛ hodie moreretur. quid ei longitudo vite profuiſſet. certe modicum vel nihil. immo poſſet dicere Iam mihi preterite fluxerunt tempora vite. Unde Quid prodeſt homini ſi viuat ſecula centū. Cū

moritur vitam transiſſe putat quaſi ventum. Et ergo dicit Auguſtin⁹ ſuper pſalterium. Si toto tempore il-lo viueres ex quo adam emiſſus eſt de paradiſo vſqꝫ ad hodiernum diem: certe videres vitam tuam non fuiſſe diuturnam. que ſic auolaſſet. Uita autem vniuſcuiuſqꝫ hominis quanta eſt adde tantos libet annos. duc longiſſimam ſenectutem. Quid erit. nonne quaſi aurora ma-tutina? Item dicit idem in quadam omelia Fragiliores ſumus. qꝫ ſi vitrei eſſemus. Uitrum ⁊ ſi fragile eſt. ta-men bene ſeruatum ⁊ cuſtoditum diu durat. vita autē humana quantumcunqꝫ ſeruetur: durare non poteſt. Nam ſcribitur ad hebreos nono. Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Unde Seneca de remediis fortuitorum Uita noſtra perigrinatio eſt. cum diu ambulaueris deniqꝫ redeūdum eſt. Hanc mortis neceſ-ſitatem ⁊ hūāne vite breuitatē conſiderabat gentil' ille xerxes De quo beatus iheronimus ſcribens in epiſtola ad heliodorum. Sic inquit xerxes ille potentiſſim⁹ rex: qui ſubuertit montes. mariaqꝫ conſtrauit. cum de ſublimi loco cerneret infinitam multitudinem ſui exercit⁹: dicitur eo fleuiſſe ꝙ nullus eorum quos cernebat ſuper uiueret poſt centum annos In humanis valde neceſſarium eſt humanam vitam non eſſe longeuam. Nam ſicut barlaam refert. ipſa cuidam arbori comparatur. ad cuius radices ſedent duo mures. vnus alb⁹. nigerqꝫ re-liquus. id eſt dies ⁊ nox huius arboris vite radices in-ceſſabiliter corrodentes Item aug⁹. in originali tractās illud Jacobi iiij. Que eſt noſtra vita? Uapor ad modi-cum parens deinceps terminatur. ſic dicit Uita hec eſt vita dubia. vita ceca ⁊ vita erūnoſa. quam humores tumidant. dolores extenuant. ardores deſiccant. aera morbitant. eſce inflant. ieiunia macerant. ioci ſoluunt. triſticie conſumūt. ſollicitudo coartat. ſecuritas hebetat. diui-cie iactāt. paupertas deiicit. iuuēt⁹ extollit. ſenect⁹ icuruat

īfirmitas frāgit . meror deprimit. ⁊ poſt hec oīa mors
interimit. ⁊ vniuerſis gaudijs ſitum imponit. ita vt cū
eſſe deſierit. nec fuiſſe putetur Et hoc eſt qđ dicitur ſap.
ij. Exiguū ⁊ cum tedio eſt temp⁹ vite noſtre Ex nihilo
nati ſum⁹. ⁊ poſt erimus quaſi nihil fuimus Et ibidem
Umbra tranſiens eſt tempus noſtrum Item ſapiētie
primo. Tranſiet vita nrā tanq̄ꝫ veſtigiū nubis. ⁊ ſicut
nebula diſſoluetur que fugata eſt a radijs ſolis. ⁊ a calo
re eius aggrauata Job xvi. Ecce breues āni tranſierūt
⁊ ſemitam per quam nō reuertar : ambulabo. Einſdem
nono Dies mei velociores fuerūt curſore. pretereūt q̄ͣ
ſi naues poma portantes. ⁊ ſicut aquila volans ad eſcā
Eiuſdem ſeptimo Dies mei velociores tranſierūt. q̄ꝫ a
texente tela ſucciditur ⁊ conſumpti abſꝫ vlla ſpe Mem̄
to mei deus quia ventus eſt vita mea ⁊ non reuertatur
oculus meus vt videat bona. nec aſpiciat me vltra viſ⁹
hominis Unde petrus in aurora. Tela texentis citi⁹
tua vita ſecatur Nam nullo tranſire die vel nocte mo
ratur Qđ ſimilis vento fuerat tua vita memēto Que
fugit abſq̄ꝫ mora que ſola tranſit in hora Ecce q̄ꝫ breuis
⁊ modica. q̄ꝫ inſtabilis et caduca: eſt hec preſens noſtra
vita. Nam vt ſcribitur eccleſiaſtici decimooctauo Nu
merus dierum hoīm vt multum centum anni Sed iſte
numerus per ſucceſſus temporum eſt modicum mino
ratus Unde etiam in pſalmo dicitur . Dies annorum
noſtrorum ſeptuaginta anni Si autem in potentatib⁹
octuaginta anni. amplius eorum labor et dolor Sed q̄đ
eſt hoc tempus octuaginta annorum vel centum anno
rum per quod homo viuit. eſt hoc tempus magnum. eſt
hoc longum annorum ſpacium reputandū: Certe non
ſed reſpcū eternitatis poti⁹ eſt momētū q̄ꝫ temp⁹ noīan
dum Cum etiam mille anni ſint añ oculos dñi ſicut di
es heſterna que preterijt. ⁊ trāſit velut vmbra Uere ve
re hec eſt vita breuis lubrica pena dolor Itē ñ ſolū pōde

randa eſt preſentis vite breuitas. ſed etiam maxima in
certitudo Cum dubia incertis verſetur dubia periculis
Neſcimꝰ enim diem neqꝫ horam. Sed cum dixerit pax
et ſecuritas. tunc repentinꝰ ſuperueniet interitus. ⁊ for
ſitan fur ille eſt hodie aduenturus. Unde poeta. Quis
ſcit adhuc an nos plures complebimꝰ annos Neſcis an
cras te mors ſit raptura vel ante Et ergo dicitur yſaie
xxxviij. Diſpone domui tue quia morieris tu. ⁊ non vi
ues Et ibidem Preciſa eſt velut a texente vita mea. dū
adhuc ordirer ſuccidit me. Nam dum primo incepi vi-
uere. in eodem tempore etiam incepi morti appropinq̄-
re Unde ſapientie quinto. Nos ſtatim nati continuo
deſinimꝰ eſſe Hinc eſt ꝙ ſeneca in epiſtola dicit. Cotidie
morimur. nam quottidie demitur aliqua pars vite. Et
ſic quid aliud eſt vita noſtra q̄ꝫ quidam curſus ſiue tran
ſitus. Unde non immerito horologio comparatur: qđ
gradatim ſemper tranſit. ⁊ vſqꝫ ad certum pūctum con
tinuo diſcurrit. ⁊ tūc ſubito ac improuiſe cadit. ac cāpa-
nellas tangit et eas ſonitum facere compellit. Sic ī ve
ritate vita noſtra ſemper labitur ⁊ fluit vſqꝫ ad certuꝫ
punctum. Hoc eſt ad vite terminum a deo patre ſtatu-
tum et prefixum. quem nemo poterit preterire. Tunc
enim deficit ⁊ cadit ⁊ campanellas realiter et ad literaꝫ
ſeſe pulſari ⁊ ſonare facit. Igitur euigila ⁊ prudenter
expecta curſum vite tue. Nam horologium tuum gra-
dus pauciſſimos habet pertranſire. Omni enim hora
plures gradus preterit ⁊ tranſcendit. ⁊ ſtatim cum ad
vltimum peruenerit. in baratrum mortis ſubito dilabi-
tur ⁊ cadit. Audi ergo quid poeta de hoc refert. Uita
breuis velut vmbra leuis fugit annichilatur
Sic vadit ſubitoqꝫ cadit dum ſtare putatur.
¶ Media namqꝫ vita in morte ſumus Et ergo dicitur
de hoc eccleſiaſtici nono capitulo. Neſcit homo finem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

ſuum.ſed ſicut piſces capiuntur hamo.et ſicut aues cō‑
prehenduntur laqueo . ſic etiam capiūtur hoīes in tēꝑe
malo Ecce iam venit finis.finis venit. nam mors vite
eſt vltimꝰ finis.Hic eſt finis cūctorum hominuʒ qui am
monetur in domo luctus.vt habetur ecclāſt .vij. Vnd
dicitur in libello metrico de vita et geſtis ipſiꝰ alexādri
magni O felix mortale genus ſi ſemper haberet eternū
pre mente bonum.finemqʒ timeret. Qui tam nobilibꝰ
media q̄ʒ plebe creatus. Improuiſus adeſt anime diſcri
mine magno Ecce iam frater cariſſime Vita quid ē ho
minis niſi res vallata ruinis.ē caro nrā cinis modo p̄n
cipium modo finis Hinc eſt ꝙ bernard dicit.Cuʒ recor
dor ꝙ ſum cinis.et ꝙ cito venit finis. ſine fine pertimeſ
co.⁊ vt cinis refrigeſco. ⁊ quia ſcd̄m Gregorium valde
ſe ſollicitat homo in bono oꝑe qui ſemꝑ cogitat de extre
mo fine Igitur dilectiſſime Omnem crede diem tibi di
luxiſſe ſupremū Sēꝑ habens memori mēte neceſſe mo
ri Quis ergo homo ſane mētis conſiderās breuitatem
⁊ maximā incertitudinē huiꝰ miſerabilis vite ac ꝓpinq
tatem mortis iam venture: Quis animadnertens dili
genterqʒ reuoluens ꝙ āni noſtri velut aranea mutabū
tur ⁊ dies noſtri ſicut fumꝰ deficiunt. ⁊ ꝙ homo natꝰ de
muliere tā breue viuit temꝑe.qui quaſi flos egreditur ⁊
conteritur.ac fugit velut vmbra: Quis etiā menteten ꝰ
hec ponderans ac intuens cordialiter et cōſiderās ſic ſe
ducitur a diabolo mundo ⁊ carne.ꝙ penitere negligit in
hoc tꝑe breuiſſiō: ymmo vt verius dicam in hac p̄n̄ti ho
rula ſiue momēto Certe nemo negligit ſiue differt.niſi
quem malicia ſua penitꝰ excecauit. O quanta pena tali
bus hominibꝰ de illa negligentia conſequetur Vn̄ dicit
paulus aplūs ad hebreos ſecūdo Quō effugiemꝰ ſi tātā
neglexerimꝰ ſalutem: Hinc beatꝰ effrem dicit Cariſſimi
in hoc breui temꝑe ſi neglexerimꝰ.nullā omnino excuſa
tionem habebimꝰ quā pro facinoribꝰ noſtris oſtendamꝰ

Nolo ergo breuitatem hu9 temporis negligere. ne per
infinita ſecula penitentia infructuoſa poſtmodum inci
pias tarde penitere Igitur feſtina ne tardaueris ne cũ
fatuis virginib9 finaliter excludaris Vñ Mathei xxv.
Ecce ſponſus venit ⁊ que parate erant intrauerũt cuz
eo ad nuptias. et clauſa eſt ianua. Super quo beat9 gre
gori9 ſic dicit O ſi palatum cordis ſapere poſſet. quãtuz
admirationis habet. Ecce ſponſus venit Quantũ dul
cedinis. intrauerunt cum eo ad nutias. et quantuz ama
ritudinis. et clauſa eſt ianua. Chariſſime ſi hec ſaperes
⁊ intelligeres. ac frequenter cordetenus ruminares ad
penitentiam vtiqꝫ feſtinanter curreres. nec tempus ac
ceptabile ⁊ dies ſalutis per commeſſationes et ocia inu
tiliter perderes ſine fructu. Et ergo ſcribit Apocalipſ.
ij. Memento vnde excideris et penitẽtiam age Legitur
apud clareuallem accidiſſe. ꝙ quidam vir ſanctus cum
eſſet in oratione audiuit quandam vocem miſerabiliter
lamentantem. ⁊ cum inquireret quid hoc eſſet. reſpõdit
Ego ſum anima cuiuſdam damnati infelicem meã de
plangens damnationẽ Et cũ de pena eius quereretur:
dixit ꝙ inter omnia que damnatos mag' excitabãt ad
penam erat amiſſio temporis ſibi dei grã collati. in cui9
qua morula potuiſſent penitentiam egiſſe que eos libe
raſſet a pena infernali. Unde Hugo de ſancto victore.
Omnia gehenne ſupplicia ſuperat deum non videre et
bonis carere: que in poteſtate habuiſti obtinere O pere
mur igitur dum tempus habemus: ne poſtmoduz dica
mus penitendo illud Iheremie viij. Tranſijt eſtas. fini
ta eſt meſſis. ⁊ nos ſaluati non ſumus Hinc eſt ꝙ deuo
tus ille effrem nos ammonet dicens. Obſecro vos cha
riſſimi et ſuppliciter rogo. o amici mei vigilate i hoc bre
ui tempore. in hac hora vndecima contendite. iam enim
veſpera properabit: cum gloria multa remunerator ad

ueniet reddere vnicuiqʒ ſcd'm opera ſua. Exemplariter
etiam patet ꝙ mortis memoria inducit hominem ad pe
nitentiam faciendam. Unde legitur de quodam milite
flagicioſo. ꝙ nullam penitentiam a papa alexandro ſibi
impoſitam voluit acceptare. tādem papa dedit ſibi anu
lum ſuum: vt illum in digito ſuo pro penitentia porta-
ret. ⁊ quandocunqʒ eum inſpiceret: ꝙ de morte ſua cogi-
taret. Quod cum feciſſet pluribꝰ diebus. tandem ad pa-
pam redijt dicens ꝙ paratus eſſet omnem aliam peni-
tentiam quantumcunqʒ ſibi iniūgeret facere ⁊ adimple
re. ¶ Item legitur de quodam alio peccatore. qui etiam
nullam a confeſſore voluit acceptare penitentiam. tan-
dem confeſſor ſuus ſibi hoc iniunxit. vt preciperet ſerui
tori ſuo ꝙ ſemper in primo ferculo baculum decortica-
tum ei preſentaret dicens Domine ad memoriam redu
catis ꝙ neceſſario habetis mori et neſcitis vbi. quomo-
do et quando Cum autem per tempus aliquod hoc fac
tum fuiſſet ⁊ per hoc que comedebat ſibi in tedium ver-
terentur: dixit confeſſori ſuo ꝙ paratus eſſet omnem a-
liam penitentiam facere quantamcunqʒ etiam vellet.
Nam cor ſuum in ſeipſo conturbatum erat ⁊ formido
mortis cecidit ſuper eum Ex predictis ergo ſatis patet
ꝙ memoria mortis facit hominem ſe humiliare omnia
contemnere. penitentiam aggredi ſiue acceptare. et ex ꝯ
ſequenti peccata deuitare Et ideo Sepe recorderis bo
ne frater ꝙ morieris Si memor es mortis: felicis eris
cito ſortis

¶ Sequuntur nūc Exempla ex varijs ſacrarum litte-
rarum paſſibus homini chriſtiano admodū vtilia.

¶ Petrus damiani ad Blancam
comitiſſam de terroribꝰ mortis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Penſandum quippe eſt cū iam peccatrix aīa vincul
rincipit carnis abſolui q̄ȝ amaro terrore cōcutitur.
quantis mordacis ꝯſcīe ſtimulis laceratur. Recolit ve
tita que cōmiſit. videt mādata que negligenter implere
contempſit Dolet indulta pn̄ie tempa ſeſe inaniter per
cepiſſe Plorat īmobilē diſtricte vltionis articuluȝ ine
uitabiliter imminere Manere ſatagit. ire ꝯpellitur. recu
perare vult perdita. nō auditur Poſt terga reſpiciens
totius tranſacte vite curſum velut vnū breuiſſimū de
putat itineris paſſum Ante ſe oculos dirigit ⁊ infinita
ꝑhennitatis ſpacia deprehendit Plorat itaqȝ q꞉ ante tā
breue ſpaciū acquirere potuit leticiam oīm ſclōꝝ De
flet etiam ſe ꝓpter tam breuis illecebre voluptatē ienar
rabilē ꝑpetue ſuauitatis amiſiſſe dulcedinē. Erubeſcit
q꞉ ꝓpter illā ſubſtātiā que ꝟmib⁹ erat obnoxia illam ne
glexit que choris angelicis erat inferenda Jam radios
mentis attollit. ⁊ dum diuiciarum immortaliū glām ꝯ
templatur eam ꝓpter vite inopiā ꝑdidiſſe confunditur.
Cunqȝ ſub ſe reflectit oculos ad hui⁹ mūdi conuallē te
trāqȝ caliginem. Super ſe vero miraƚ eterni luīs clari
tatem. liquido deprehendit quia nox erat ⁊ tenebre quod
amauit O ſi rediuiuū pn̄ie temp⁹ promereri potuiſſȝ q̄ȝ
dure conuerſationis iter arripet. quātis ſe deuotionuȝ
vinculis innodaret Interea dum ebeſcentes oculi cō
tabeſcūt. dum pect⁹ palpitat. dum raucū guttur āhelat.
dentes palatū ⁊ nigreſcūt. ⁊ quādam velut eruginem
contrahunt Palleſcūt ora. mēbra cūcta rigeſcūt. Duȝ
hec ⁊ huiōi tanq̄ȝ vicine morti precedentia famulantur of
ficia. aſſunt oīa geſta ſimul ⁊ ꝟba. nec ipſe etiā cogitatio
nes deſunt. ⁊ cūcta hec amarū cōtra actorē teſtimoniuȝ
reddūt Coaceruantur oīa anī reſpuentis oculos. ⁊ que
reſpicere refugit. coact⁹ ⁊ inuit⁹ attēdit. Adeſt preterea
hinc horrenda demonū turba. illinc virt⁹ angelica In il
lo qui medi⁹ eſt liquido deꝑhenditur. cui parti iure poſſeſ

ſio vendicetur Nam pietatis in eo videtur inſignia vi
ſitationis angelice blandicijs delinitur. atqꝫ armouice
melodie vt exeat prouocatur. Quod ſi eum ſiniſtre parti
nigredo meritorium ⁊ feditatis ſqualor adiudicet: into
lerabili mox terrore concutitur. repentini impetus vio
lentia perturbatur: precipitatur inuaditur. ⁊ de miſere
carnis ergaſtulo violenter euellitur. ⁊ ad eterna ſuppli
cia cum amaritudine trahitur. Jam vero poſt egreſſio-
nem de corpore quis explicare valeat quot armate iniquo
rum acies in inſidijs lateant. quot frementes cunei fera
libus telis obſtructi tūc obſideāt. ⁊ ne libere trāſire poſ
ſit animꝰ velut militari more conſtipate legiōes oppug
nant. Hec ⁊ huiōi frequenter in corde verſari quid eſt a
liud qꝫ lenocinantia huiꝰ vite blandimēta reſpuere. mū
do repudium dare: illicitos motꝰ carnis illidere. ſolidūꝫ
perfectionis adipiſcende ꝓpoſitum indeclinabiliter cuſ
todire. ¶ Ex horologio eterne ſapientie

Stetit āte diſcipulū ſimilitudo iuuenis pulcherrimi.
qui morte preuentꝰ in ꝓximo migraturꝰ. de ſalute
anime ſue nichil diſpoſuerat. Qui huiuſmodi voce la-
crimabili clamabat Circūdederūt me gemitꝰ mortis do
lores inferni circūdederūt me Heu me deus etne ad quid
in hūc mūdū naſcebar. natꝰ ex vtero cur nō ſtatiꝫ perij
En principiū vite mee fuit cum fletu et dolore. nūc aūt
finis meꝰ ⁊ exitus exiſtunt cū miſerabili plāctu ⁊ mero
re. O mors qꝫ amara eſt memoria tua cordi iocūdo ⁊ in
delicijs enutrito Horribilis pūtia tua ei qui ⁊ etate iu-
uenis et robore fortis. ⁊ qui potitur ſucceſſibꝰ ꝓſperis.
O qꝫ parum credidiſſem qꝫ tā cito mori debuiſſem. Sꝫ
nūc mors miſera repente quaſi in inſidijs irrūpens ir-
ruiſti ſuper me. comprehendiſti me ⁊ mille funibꝰ ligaſti
⁊ in vinculis tecū trahis ferreis. ſicut trahi ſolet dam-
natus ad ſuppliciū mortis Tempꝰ preterijt. dilapſum ē
⁊ a nullo hominū reuocari pōt. nō fuit hora tam breuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

in qua ſpūalia lucra ſuo valore oīa terrena icōpabiliter
excedētia cōpare potuiſſem. Heu me miſerū. ideo nuuc
ſtillat oculꝰ meꝰ pre dolore ⁊ palpebre fluūt aquis. quia
reuocare q̄ꝺ p̄terijt non poſſum Eya vos oēs q̄ adeſtis
qui meā miſeriā videtis. qui flore iuuētutis adhuc gau-
detis. qui tēpꝰ aptū adhuc habetis. me reſpicite. meaſqꝫ
miſerias conſiderate. ⁊ in meo periculo dānū veſtrū de
clinate. florem iuuētutis veſtre cū deo expēdite. tēpꝰ ſa-
cris occupate actiōibꝰ ne ſimilia faciētes ſimilia patiamī
O felix penitentia ⁊ conuerſio matura qꝛ ſecura qui āt
tarde pn̄ie ſe cōmittit dubiꝰ ⁊ incertꝰ erit. quia neſcit an
vere aut ficte peniteat O cras cras q̄ꝫ longam reſtē fe-
ciſti mibi. ⁊ in baratꝝ mortis me protraxiſti. ꝓcraſtinā
do decepiſti me: Et q̄d adhuc dicam. in proximo eſt tri-
bulatio mea. vt de hoc mūdo recedam. Attende nunc a
me queſo diligenter. Ecce in hac hora magis gauderem
de breui oratiūcula. puta de ſalutatiōe angelica deuote
per me dicta q̄ꝫ ſuper milia auri ⁊ argenti O mi deꝰ quā
ta bona neglexi. q̄ꝫ male accidit mihi ꝙ hec non prouidi
qn̄ bene prouidere potui. quot horas nūq̄ꝫ redituras ꝑ-
didi. q̄ꝫ modica facta ⁊ negocia inutilia tractans tā mul
ta ⁊ precioſa bona neglexi O mi deus nūc finem verbis
meis impono. vlteriꝰ plangere non valeo. Ecce veīt ho-
ra que me aufert de terra Heu me nūc video. nūc expe-
rior ꝙ amplius viuere non valeo. ⁊ ꝙ mors eſt in ꝓpin-
quo En manꝰ inualide incipiunt rigeſcere. facies palleſ
cere. viſus obūbrari. ⁊ oculi profundari ac tranſuerſari.
Ach me miſerum pūcture mortis amariſſime circūdāt
me. ⁊ cor debile ſuffocare nitūtur O cordis āguſtie ⁊ p̄ſ
ſure mortifere. En pulſus incipit caprizare. Anhelitus
deficere. et quaſi ex ꝓfundo ſe colligere. lucem huiꝰ mun
di amplius non video. Et ecce iam ſtatū alterius mūdi
pre oculis mentalibꝰ quaſi premeditādo ꝓſpicere incipio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

O mi deus q̄ꝫ miſerabiles aſpect⁹. en cruente beſtie. lar-
uales demonū facies. nigri ethiopes innumerabiles cir
cūdant me inſidiantes ⁊ expectantes miſeram aīām me
am in proximo exituram. ſi forte torquenda eis in ſortē
tradatur. En ſudor mortis adeſt. ⁊ membra penetrans
⁊ victam eſſe naturam ⁊ iam ſuccubuiſſe atteſtans. O
terribilis aſpect⁹ iuſti iudicis mihi iam preſentis. per ti-
morem ſubito veniētis ꝑ exhibitionē. Hinc valete ſocij
⁊ amici chariſſimi. q꞉ hic iā exitur⁹ oculū mētis ad pur
gatoriū quo iā deducend⁹ ſum cōuerto. inde nō exitur⁹
donec reddam nouiſſimū quadrantē Illic oculo cordis
intueor miſeriam ⁊ dolorem. penā ⁊ afflictionez multi-
plicem Heu me miſerum inter alias debitas penas illo
loco exurgere video flammas igniū. ⁊ inuoluere ⁊ recipi
gere quaſdam aīās miſerorū. que velut ſcintille flammi
uome in medio ignis candētis diſcurrūt. Sicut cū ma
gna villa tota ī īcēdio poītur. ⁊ in igne ⁊ fumo ſcintille
pariter ſurſum ⁊ deorſuz ferūtur vlulātes : ⁊ pre dolorē
cruciatuū clamantes ſingule ⁊ dicentes Miſeremī mei
miſeremini mei ſaltem vos amici mei Vbi nunc ē ami
corum meorum adiutorium. vbi promiſſiones bone cō-
ſanguineorum. ⁊ aliorum per quorum inordinatum af-
fectum noſmetipſos neglegimus. ⁊ nobiſipſis hanc pe-
nam adauximus. Heu cur tot fecimus. laborauim⁹ eis
placere volentes ⁊ male remunerati ſumus. ardemus ⁊
eſtuamus. nec ab illis adiutorium recipimus. Heu cur
de ſalute noſtra non nobiſmetipſis prouidimus En mi
ror afflictio purgatorij quod patimur ſupplicium ſupe
rat quodcunqꝫ huius temporalis mūdi Vnice hore iſti
us quā patimur acerbitas penalitatis centum annos ī
ſe putatur habere ſeculi trāſeūtis miſerias. Sed ſuper
omnia genera tormentorum ledit nimis. illius diuine
faciei abſentia. Et hec omnia predicta in vltimo agone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

conſtitut⁹ tibi pro meõriali relinquo. Et his dictis ago
nizando expiro

¶ Gregorius in omelia

Qui inq̄ſ ſūt humane anime maiores inimici q̄ʒ malig
ni ſpūs qui hāc exeuntē a corpe obſident. quā in carnis
amore poſitam deceptorijs delcātionib⁹ fouent. quā val
lo circūdant. qꝛ ante mentis ei⁹ oculos reductis iniqui-
tatib⁹ quas perpetrauit. hanc ad ſocietatem ſue dānati
onis trahentes coartāt. vt ipſa iam extremitate vite de
prehenſa ⁊ a quib⁹ hoſtib⁹ circūcluſa ſit videat ⁊ inđ eua
dendi aditum inueuire nō poſſit. qꝛ operari iā bona nō
licet: que cū agere licuit contempſit. De quib⁹ adhuc ap
te quod ſequitur intelligi pōt Circūdabūt te ⁊ coāguſ-
tabunt te vndiqʒ Maligni quippe ſpūs vndiqʒ āguſtāt
animā. qñ ei non ſolū operis. ſʒ etiā locutionis ⁊ inſup
cogitationis iniquitates replicāt vt que prius ſe ꝑ mul
ta dilatauit in ſcelere. ad extremū de omnib⁹ āguſtietur
in retributione Si enim diſtricte penſetur cuius ſit pō
deris improperium ex ore veritatis agnoſcitur. cum ne
gligenti ⁊ futura non ꝓſpicienti dicitur. Et quidē ī hac
die tua que ad pacē tibi nūc aūt abſcondita ſunt ab ocu
lis tuis Nam cogitandum valde eſt q̄ʒ terribilis erit ho
ra noſtre reſolutionis. quis pauor mentis. quanta tūc
oīm maloꝝ memoria. que obliuio trāſacte feliciratis: q̄
formido ⁊ conſideratio iudicis Quid ergo nobis eſſe đ
preſentib⁹ ad delcātionem debet qū ſimul cūctis trāſeū
tib⁹ non valet tranſire qđ imminet qñ ⁊ hoc fundit⁹ fi-
nitur qđ diligitur ⁊ illud incipitur vbi dolor nunq̄ʒ fini
tur Tunc maligni ſpūs egrediente aīa ſua oꝑa reqrūt
tūc mala que ſuaſerunt replicāt. vt ſociā ad tormentuʒ
trahant. ¶ Iheronim⁹ in eplā ad demetriadem Reſ
puantur honores. deſpiciantur diuitie Ipſa quoqʒ vita
noſtra martirij amore contemnatur. Et hec oīa ⁊ ſi ꝓ
eternitatis premio nō darentur. eſſent tamen qñʒ peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

tura Amittunt hec etiam illi qui ſp̱ cupiunt poſſidere.
q̄z multos memoria noſtra retinet in maximis honori-
bus ⁊ diuitijs conſtitutos repente de ſummo illo potē
tie faſtigio concidiſſe ⁊ eos qui tumore elati aliud quid-
dam q̄z homines ſe iam putabant exitu ſuo tandem do
cuere nos quid fuerint. Quid enim in hoc mūdo ſtabile
quid firmū eſt. quid porro nō breue ⁊ incertū. ⁊ caſui n̄
ſeruiens Quale illud bonū eſt quod ſp̱ timeas amittere
vel qđ auferendū abs te metuas vel a te relinquēdū ſci
as. Nam et ſi nullo eripiatur caſu vel morte certe p̱dē-
dum eſt Et ſi vita nrā tendatur p̱ mille ānos ⁊ ad extre
mū illum diem toti⁹ etatis cotidiana deliciarū volupta
te veniam⁹. quale hoc queſo diu eſt qđ fine deletur Age
iam tranſactū vite tue temp⁹ animo reuolue Nōne vi
debitur tibi vmbra quedā fuiſſe qđ tranſijt ⁊ inſtar ſom
nij tenuis incertū eſſe omne qđ videtur Hoc idē ⁊ dcre
pitus ſenex ſentire pōt cui conuenit dicere cum p̄pheta
Dies mei ſicut vmbra declinauerūt. ⁊ ego ſicut fenum
arui ¶ Ex dialogo gregorij.

Vir q̄dā in hoc mūdo valde diues fuit criſori⁹ nōie. ſed
tm̄ vicijs plen⁹ quātū reb⁹. ſuperbia tumid⁹. ſue carnis
voluptatib⁹ ſubdit⁹. in acquirendis reb⁹ auaricie facib⁹
accenſus. Sed cū tot malis dn̄s finem ponere decreuiſ
ſet. corp̱ali hūc moleſtia percuſſit Qui ad extremū veni
ens eadē hora qua iā erat de corp̱e exitur⁹ apertis ocul'
vidit tetros ⁊ nigerrimos ſpūs corā ſe aſſiſtere ⁊ vehe-
mēter imminere vt ad inferni clauſtra ſe rap̱ent Cepit
tremiſcere palleſcere ⁊ ſudare. ⁊ magnis vocib⁹ īducias
petere. filiūq̄z ſuum nōie maximū quē ipe iā monachus
monachū vidi. nimijs ⁊ turbatis vocib⁹ clamare dicens
Maxime curre. nunq̄z tibi mali aliq̄d feci. in fide tua me
ſuſcipe Turbat⁹ mox maxim⁹ affuit lugēs ⁊ p̱ſtrepens
familia cōuenit. Eos āt quos ille īſiſtētes ſibi grauiter
tolerabat. ipi malignos ſpūs videre nō poterāt. ſꝫ coruꝫ

preſentiā in cōfuſione in pallore ac tremore illi⁹ qui tra
hebatur videbāt. Pauore aūt eorū tetre ymaginis huc
illucqꝫ vertebatur. in lectulo iacebat ī ſiniſtro latere aſ
pectum eoꝝ ferre nō poterat. vertebatur ad parietem ⁊
ibi erant. Cumqꝫ conſtrict⁹ nimis etiā ſe relaxari deſpe-
rauit. cepit magnis vocib⁹ clamare. Inducias vſqꝫ ma
ne. inducias vſqꝫ mane. Sed cū clamaret in ipſis noci-
bus de habitaculo ſue carnis euulſus eſt. De quo nimiꝝ
cōſtat q꞉ ꝓ nobis iſta non ꝓ ſe vidꝛat vt ei⁹ viſio nobis
ꝓficiat. quos adhuc diuina potētia lōganimiter expcāt.
Nam ille tetros ſpūs ante mortē vidiſſe ⁊ inducias pe
tiſſe. quid ꝓfuit q̇ eaſdem inducias quas petiuit nō acce
pit. ¶ Item aliud idem

Eſt apud nos athanaſius preſbiter licaonīj qui in die
bus ſuis lictonīj rem terribilem narrat eueniſſe. Ibi nā
qꝫ vt ait quoddā monaſterium ꝯgalaton dicitur. in quo
quidam monach⁹ magne eſtimationis habebatur. hoīs
quippe morib⁹ videbatur. atqꝫ in omni ſua actione com
poſitus. Sed ſicut ex fine res patuit longe aliter q̄ꝫ ap-
parebat fuit. Nam cū ſe cū fratrib⁹ ieiunare mōſtraret.
occulte mādicare cōſueuit. qđ ei⁹ viciū fratres omnino
neſciebāt: Sed corpis ⁊ mentis moleſtia ad vite extre
ma perduct⁹ eſt. Qui cū iā eſſꝫ ad finē frēs ad ſe oēs q̇ ī
monaſterio inerāt cōgregari fecit. At illi vt putabāt ta
li viro moriēte magnū quid ac delcābile ſe ab eo audire
crediderūt. Quib⁹ ille afflict⁹ ⁊ tremēs compulſus ē ꝓ-
dere. cui hoſti tradit⁹ cogebatur exire. Nam dixit. quādo
me ieiunare vobiſcū putabatis. occulte comedebā. Et ec
ce nūc ad deuorandū draconi ſū dat⁹ q̇ cauda ſua genua
mea pedeſqꝫ colliganit. caput vero ſuū intra meum os
mittens ſpm̄ meū ebibibens abſtrahit. Quib⁹ dictis ſta
tim defunct⁹ eſt. atqꝫ vt penitendo ſe liberare potuiſſet a
dracone quē viderat expectat⁹ non eſt. Qđ nimirum cō
ſtat q꞉ ad ſolā vtilitatem audientium viderat. cum hoſ

tem cui traditꝰ fuerat ⁊ innotuit ⁊ nō euaſit.

¶ Ex vitiſpatrum

Abbbas ſylois ſcdēs in cella ſꝑ claudebat oſtiū ſuū Di
cebāt aūt de ipſo ꝙ in die dormitiōis ſue cū ſederent cir
ca eū patres reſplenduit tanq̄ȝ ſol facies eiꝰ Et dicit eis
Ecce abbas anthoniꝰ venit. ⁊ poſt puſillū rurſus dicit e
is. Ecce chorꝰ ꝓphetarū Et iterū āpliꝰ facies eiꝰ reſplēdu
it ⁊ dicit. Ecce chorꝰ aplōꝝ venit. Dupliciť adhuc reful-
ſit facies eiꝰ. ⁊ ecce ipē cū aliquibꝰ loquebať. Depcati ſūt
aūt illū ſenes dicentes Cū quo loqueris pater Qui dix
it eis. Ecce āgeli venerūt accipere me. ⁊ rogo vt dimit-
tar penitere modicū Dicunt ei ſenes. non indiges pn̄ia
pater. Dixit autem illis. vere neſcio me vel initiū pn̄ie
feciſſe. ⁊ cognouerūt oēs qm̄ perfectꝰ eſt. Et rurſum fcā
eſt facies eiꝰ ſicut ſol. ⁊ timuerūt oēs. Dixit aūt eis Vi
dete ecce dn̄s venit dicens Afferte mihi vas electionis
heremi. ⁊ continuo reddidit ſpūm Et factū eſt fulgur ⁊
repletꝰ eſt totus ille locus odore ſuauitatis

¶ Ex vita ſancti iheronimi.

Aduenīēte die quo venerabilis euſebiꝰ migratuꝝ ſe ſcie
rat. tercio die ꝑeunte. lāguore febriū ꝯcuſſus valide ſuꝑ
terrā nudā nigrī ſcȝ iheronimi nō īmemor ſe nudū fecit
deferri a frībꝰ admonēs frēs ſingulos in ꝓpoſito mane
re Deniqȝ ſaccū quo glōſus induebatur iheronimꝰ defer
ri fecit ⁊ ſuper ſe poni Ordinauitqȝ ſe nudū inſtar glōſi
nigrī extra ecclām in qua iacebat ſcī iheronimi cadauer
ſepeliri Poſt hec cōione accepta ſe dn̄o ⁊ glōſo iheroniō
ꝯmēdauit. ⁊ ſic ꝑ triduū locutioē. corꝑaliqȝ viſione pri-
uatus. circūſtātibꝰ frībꝰ paſſioēs dn̄i ⁊ alia legētibus ia
cuit Die autem mortis duabus ſe horis ante btē aīe exi
tum cepit venerabilis pať euſebiꝰ tā horribiles actꝰ age-
re vt circūſtātes monachi tq̄ȝ amētes iacerēt in t̄ra. nā
qn̄ȝ trāſuerſis ocul' iūctȝ manibꝰ. facie horribili. diraqȝ
voce clamabat. nō faciā. nō faciā. mētiris mētiris Poſt

hec facië in terram quãtũ poterat firmãs clamabat. Ad
iuuate me frẽs ne pereã Monachi ãt flẽtes ⁊ tremẽtes
interrogabãt eũ Quid habes pater Quib⁹ ille Nõ vi-
detis demonũ agmina qui me debellare cupiũt At illi.
Quid te facturũ volebãt cũ dicebas. non faciã. nõ faciã
Et ille. Conãtur vt blaſphem⁹ iueniar. ⁊ ideo ſic clama
bam Tũc illi. quare faciẽ tuã abſcondebas in terra Ne
ait aſpectũ eorũ viderez tã terribilẽ ꝙ omẽs pene nihil
ſunt reſpcũ illi⁹ Inter hec ꝟba act⁹ priores reiterans ſic
ad extrema deuenit Fratres aũt pauidi ⁊ ſtupentes ſta
bant velut mortui neſcientes q̃d facerent. Ad extremã
ãt horam veniẽti glorioſus eidẽ iheronim⁹ apparuit con
fortans eũ Ad cui⁹ aduẽtũ perterrita illa demonũ tur
ba euanuit. Et viderũt iheronimũ monachi quidã. alij
ãt has voces ab euſebio audiebãt. Unde venis pater?
Quare tãtũ morat⁹ es? Cui vox illa audientib⁹ fratri-
bus. Expecta fili ne formides. q2 te nõ deſeram quẽ tan
tũ diligo Qua voce audita. breui diſcurſo tp̃e venerabi
lis Euſebius expirauit. Ad cui⁹ corp⁹ fiebãt miracula p̃
terite vite ſanctitatẽ inſinuãtia Int̃ que q̃dã monachus
ſui monaſterij p̃ lacrimis ⁊ vigilijs oculoꝝ lũie priuat⁹
ſtatim vt ei⁹ corp⁹ venerãdũ facie tetigit. oculoꝝ lumen
recepit Quidã demoniac⁹ etiã obui⁹ ſepeliẽdi corpi libe
rat⁹ eſt ¶ Aliud ex diſtinctiõe nona

Legitur in libro de vij. donis ꝙ narrauerit quidã frater
nomine gwalter⁹ magiſter in theologia. ꝙ cum eccleſia
quedam conſecrari deberet. ⁊ quidam nobilis comes ex
cõmunicatus ibidem ſepultus eijciendus eſſet ꝓpter cõ
ſecrationem. patefacto ſepulchro. apparuit ĩmaniſſim⁹
bufo ſuper faciem ei⁹ totã eam opiẽs ⁊ corrodens. ⁊ alij
vermes ⁊ ſerpentes. ad quorum aſpectuz ⁊ horrorẽ oẽs
qui aderant fugerunt Fili⁹ autem dicti comitis iuueĩs
hec audiens acceſſit. Et viſa ſanie carnis paterne et ꝟ-
mium mirabili diuerſitate ⁊ horrore: dixit. Iſti ſunt

amici noſtri quos nutriūt delicie nrē hos quieſcere faci
mus in mollibꝰ lectis ꝛ pictis thalamis. ꝛ augmētamꝰ
diuerſitate ferculorum Deliꝰ eſt ergo vt extinguantur
in vita ꝑ pn̄iam. moleſtentur per ieiuniū. vt interfecti
a nobis nō occurrant in morte. Et relicto principatu ꝛ
omni glā mūdi. fugit. cogitans ſe beatum ſi fieret pauꝑ
pro chriſto. Uenit aūt romam vbi in timore dei mirabi
liter corpꝰ ſuum afflixit. carbonariꝫ etiam inibi ſortitus
officio dempto ſolo ſuo confeſſore omnibꝰ hoībꝰ vſꝫ in fi
nem vite ſue permanſit incognitꝰ Tādem veniens qua
dam die romā vt carbones venderet. ibidē infirmitate
graui percuſſus ꝛ vulneratꝰ patiētiſſiē ꝛ mitiſſime ſuſti
nuit. deīde vocatꝰ a chriſto feliciter aduolauit. Quo mi
grante oēs vrbis cāpane vltro ꝛ per ſe diuina virtute
ſonuerūt Qđ cum tā papa iohannes q̄ꝫ vniuerſus po
pulus vehementiſſime mirarentur. confeſſor ipſiꝰ ſacer
dos quidā hō ſancte vite totū vite ſue ordinē ꝛ quis eſ
ſet enarrauit. Qđ audientes ſui nobiles ꝛ milites q̄ eū
ibidem queſierūt licet viuū non inueniſſent corpꝰ tamē
defuncti ad terram ſuā cū gaudio deduxerūt

¶ Aliud ex libro de illuſtribꝰ viris

Conuerſus quidam de fratribꝰ clareuallis innocentis
vite ꝛ conuerſatiōis honeſte cū grauiter aliq̄diu egro
taſſet. tandē ad extrema deuenit Intrauit ad eū grā vi
ſitationis beatꝰ bernardꝰ ꝛ confortans eum ait Confiđ
fili qꝛ migraturꝰ es iam de morte ad vitā. de labore tēpa
li ad requiē ſempiternā Ille vero cum ingēti fiducia reſ
pondit. Quidni pergam ad dn̄m ꝛ creatorem meū. vere
confiđ ꝛ quantū de mīa dn̄i noſtri ihū chriſti preſumē
audeo. certꝰ ſnm. qꝛ cito viſurꝰ ſum bona dn̄i in terra vi
uentiū Porro beatꝰ bernardꝰ vt erat medicꝰ ſapiēs paſ
torq̄ꝫ ſollicitꝰ timens hoī ruſticano ne tam fida ꝯfiſio de
preſumptiōis magꝭ temeritate q̄ꝫ cōſciē puritate ꝓcede
ret ait. Signa cor tuū frater ſigna cor tuum. quid ē qđ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

locutus es. vnde tibi ſubrepere potuit tante preſumpti
onis audacia Enimuero tu nō es ille pauperculꝰ ⁊ miſe
rabilis homo qui cum nil aut prope nihil haberes in ſe-
culo nccītate forſan magis ꝙ̄ timore dei cogēte ad nos
confugiſti. multis precibꝰ tandem aditum impetrando.
Nos vero dei cauſa collegimus inopem. ⁊ pareʒ te feci
mus victu atqʒ veſtitu ceteris. quia cōitatibꝰ his qui no
biſcum ſunt ſapientibꝰ atqʒ nobilibꝰ viris ⁊ factꝰ es qua
ſi vnus ex illis Quid igitur tribuiſti domino pro omni
bus iſtis. Et ecce nō ſufficit ingratitudini tue gratis ac
cepiſſe te tot beneficia de manu dn̄i. niſi ⁊ regnū ipſiꝰ he
reditario iure vendices tibi. Ad hec ille reſpondens blā
do vultu ⁊ tranquillo animo dixit. Bene pater chariſſi
me bene vtiqʒ peroraſti. ⁊ vera ſunt oīa que dixiſti. Ve
rūtamen ſi iubes loquar ad te dn̄m ⁊ patrem meum. ⁊
paucis aperiam. vnde mihi pauperi ⁊ miſero ſuggeri po
tuit tāte non preſumptionis: ſed vt ego ſpero deuotio-
nis occaſio. ſi tamen vera eſt illa predicatio veſtra quaʒ
nobis ſepius inculcaſtis qua ſcʒ regnū dī nō carnis no
bilitate. non terrenis diuitijs poſſidetur. ſed ſola obediē
tie virtute acquiritur. Hanc inqʒ̄ ſententiā tanqʒ̄ ꝟbuʒ
abbreuiatum a domino ſedula cōmemoratione apd̄ me
continui. ponens illud quaſi ſignaculū ſuper cor meum
aſſidue meditando. ⁊ ſuper brachium meū ſollicite opā
do Querite ſi placet ab omnibus magiſtris meis. ⁊ ſoci
is q̄bꝰ me obſeq̄ ⁊ ſeruire iuſſiſtis ſi cuiqʒ̄ illoꝝ aliqn̄ ino
bediens fui. ſi de frībꝰ noſtris quēpiā ꝟbo aut ſigno vel
quolibet alio mō quātū in me fuit cōtriſtaui. Qd̄ ſi ope
ram dedi oībꝰ in chriſto obedire. oībꝰ ſeruire. cūctos per
dei gratiam diligere. q̄s ꝓhibere me pōt vt de miā eiꝰ nō
cōfidā Btūs itaqʒ bern̄. cū tale rn̄ſum ab homine ruſti
cano accepiſſet. gauiſus eſt gaudio magno ⁊ ait. Vere
btūs es fili chariſſime qꝛ caro ⁊ ſanguis nō reuelauit ti
bi ſapiētiam hanc. ſʒ pater celeſtꝭ ipē te docuit. ipē poſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

it aiām tuam ad vitā. rectiſſimoqꝫ tramite ꝑduxit ad pa triā. Jā ergo ſecur⁹ egredere. qm̄ patefcā eſt tibi iaña vi te. Defūcto itaqꝫ frē ⁊ exequijs celebratis: venerabilis pater de conuerſatiōe ⁊ cōſūmatiōe eius ſermonē in ca pitulo luculentū ſua illa deuotiōe ⁊ facūdia ꝑorauit. oēſ qꝫ illi⁹ exēplo ad amorē obediētie mirabilit̄ accēdit vehe menter nāqꝫ affect⁹ fuit in rūſione illi⁹ ⁊ magis congra tulabatur ei ſuper obediētie v̄tute ⁊ ſup ipſi⁹ anime pu ritate qꝫ ſi vidiſſꝫ eū ſignis ⁊ ꝓdigijs choruſcantem

¶ Sequitur ſecūdū nouiſſimoꝝ de extremo iudicio

SEcundum nouiſſimorū cuius frequēs medi tatio nos a peccatis reuocat. eſt iudicum no uiſſimū ⁊ finale Huius enim memoria nō ſo lum cohibet a maximis peccatis: verūetiaꝫ a culpis ⁊ minimis peccatis Unde in vitaſpatrum legit̄ qꝫ cum quidam ſenex vidiſſet quēdam iuuenē diſſolute ridentem. dixit ei Coram celo ⁊ cerra reddituri ſum⁹ ra tionem totius vite noſtre: ⁊ tu rides Quaſi diceret Si ſcires qꝫ ſtricta rō fiet poſtmodum in iudicio de omib⁹ peccatis quātūcūqꝫ leuib⁹ ⁊ paruis Utiqꝫ non rideres ſed poti⁹ plangeres ⁊ doleres. quia nūc temp⁹ eſt flendi. locus ⁊ pccā luendi Poſtea gaudebūt qui nunc ſua cri mina flebunt Unde gregorius in omelia Pn̄tis tēpis ita eſt agēda leticia. vt nunqꝫ amaritudo ſequentis iudi cij recedat a meōria Hic ē qꝫ dn̄s dicit ecclāſ. xxxviij. De mor eſto iudicij mei. nā cū accepo tēp⁹ ego iuſticias iudi cabo. Sic ꝑ ꝓphetam loqtur in pſalmis. ⁊ Johelis vltiō Conſurgāt ⁊ aſcendant gentes in valle ioſophat. qꝛ ibi ſedebo vt iudicē in circuitu oēs gētes Jtē ihremie ſcdo Adhuc iudicio ꝯtēdā vobiſcū ait dn̄s. De quo gn̄ali iu dicio ſcribit̄ ozee iiij. Audite v̄bū dn̄i filij iſrl̄. qꝛ iudiciū dn̄o cū habitatorib⁹ terre Hoc āt iudiciū valde ē timen dū Unde prophta dicit. A iudicijs eni tuis timui Jtē

ſapientie v. Videtes turbabnntnr timore horribili. ge
mentes pre āguſtia ſpūs. Certe dn̄e in hoc die turbabū
tur gentes ⁊ timebūt qui habitāt terminos a ſignis tu
is. nec immerito pauebūt. q2 multa horribilia erunt ſig
na que videbūt Nam vt ſcribitur luce xxi. Cū viderit
filiū hōis venientē in nube cū ptāte magna ⁊ maieſtate
tūc erūt ſigua in ſole luna et ſtellis Et in terra preſſura
gentiū pre confuſione ſonitꝰ maris ⁊ fluctuū. ita vt areſ
cent hoīes pre timore ⁊ expectatione q̄ ſuperueniet vni
uerſo orbi O miſer homo cogita illiꝰ iudicis dei ſcʒ ⁊ ho
minis tam horribilem aduentū. nam ignis in ꝯſpcū eiꝰ
exardeſcet. ⁊ in circuitu eiꝰ tempeſtas erit valida Ignis
inq̄ʒ ante ipſum precedet ⁊ inflammabit in circuitu īimi
cos eius Unde ad hebreos decimo Terribilis āt ē que
dam expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio. que cōſumptu
ra eſt aduerſarios Et malachie iij. Ecce dies veniet ſuc
cenſa quaſi caminꝰ. ⁊ erūt omēs ſuperbi ⁊ oēs faciētes
impietatem ſtipula Itēʒ iſaye xlvi. Ecce dn̄s in igne ve
niet Unde iohelis ij. Ante faciem eiꝰ erit ignis vorans
⁊ poſt eū exurens flamma Et ideo ſicut ſcribitur mala
chie iij. Quis ſtabit ad videndū eum Ipſe enim quaſi ig
nis conflans ⁊ quaſi herba fullonū. ⁊ ſedebit cōflans et
emūdans argentū Quis ergo ſane mentis hūc iudicē
⁊ aduentū eiꝰ toto corde non timebit. Gregoriꝰ ſup eze
chielem. Que erit mens hōis eterni iudicis p̄ntiā non
formidantis. vbi ſimul peccata ante oculos redeūt. ⁊ ō
nia que cum delectatione acta ſūt ad meōriā cū pauore
reducantur Certe vt ſcribitur puer. xxviij. Viri mali
non cogitant iudiciū. qui āt requirūt deū aiāduertūt ō
nia. Ber. in proſa. Expaueſco quidem multū iudicis vē
turi vultū. quem latebit nil occultum. nec reliquit quid
multum. Et quis noſtrum nō timebit. quando iudex āp
parebit. ignis ante quem ardebit. peccatores qui delebit
Eſt autem hoc iudiciū ſpecialiter metuendū ppter tria.

Primū eſt multiplex accuſatio ipſis peccatoribus val
de grauiter perhorrenda Secundū eſt ſtrictiſſima vili-
cationis ratio de omnib⁹ ſingulariter facienda Terciū
eſt horribilis ſententie expectatio. que a iuſto iudice tūc
crudeliter coram cūctis hominib⁹ contra inſenſatos p-
feretur. Que omnia ſunt peccatoribus plurimū metu-
enda. ⁊ per ꝯñs eorum memoria eſt peccatis retractiua:

Qd iudicium timendum eſt ꝓpter
multiplicem accuſationem.

Eſt igitur primū ꝓpter qd iudiciuȝ eſt valde ⁊ ſpe
cialiter timendum. multiplex accuſatio que in
ipſis pccōrib⁹ valde grauiter eſt perhorrēda. vñ
multa inueniūtur ⁊ numerātur in ſcripturas que in no
uiſſimo die pccōres accuſabūt. Primū eſt ꝓpria conſciā
que pccōrem arguet non in occulto vt nūc. ſed corā om
nib⁹ tunc aperte Unde danielis vij. Judiciuȝ ſedit ⁊ li
bri aperti ſunt. id eſt conſcientie que omnib⁹ reuelabun
tur In his libris continetur ſentētia vite ⁊ mortis glo
rie ſeu confuſionis ſalutis vel damnatiōis ſempiterne:
Item apocalipſ. xx. Indurati ſunt mortui ex his que
ſcripta erant in libris id eſt in conſcientijs eorum. Un
de ad romanos ſecūdo Teſtimonium illis reddente cō
ſcientia eorum Nam ſicut teſtimonium bone conſciē-
tie hominis iuſti eſt gloria. ita teſtimonium praue con-
ſcientie eſt accuſatio damnatio ſeu pena Secunduȝ qd
accuſat peccatorem ſunt diaboli ⁊ ſpūs maligni Ipſi ei
ſicut proditores ſuggerunt peccatum faciendum. ac de
facto ⁊ commiſſo peccatorem accuſabunt. ſicut ſoci⁹ fu-
ris interdum accuſat furem de eo quod fecit cum eo Jō
apocalipſis xij. Dyabolus accuſator fratrum nomina-
tur. Unde auguſtin⁹ Aſtabunt omnes ante tribunal
chriſti et preſto erit diabolus ⁊ recitabit verba profeſſi
onis noſtre: ⁊ obijciet nobis in faciem quid nobis. ⁊ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

quo peccauim⁹ ꝛ in quo loco ꝛ quid facere debeam⁹ Dic-
turus eſt enim ille aduerſarius noſter Equiſſime iudex
iudica iſtum eſſe meum ob culpam. qui tuus noluit eſſe
per gratiam. tuus eſt per naturam. meus per miſeriam
tuus eſt per compaſſionem meus ob ſuaſionem. tibi ino-
bediens. mihi conſentiens. a te accepit immortalitatis
tunicam. a me accepit hanc pannoſam tunicam qua in-
dutus eſt. tuam veſtem dimſit. cum mea huc venit Eq̄ſ-
ſime iudex iudica ergo illum eſſe meum ꝛ mecum cōdē-
naudum. Hec aug⁹. Terciū quod peccatotores accuſa-
bit ſunt angeli ꝛ ſpiritns beati Credibile eſt enim ꝙ il-
le qui tradidit eis animas cuſtodiendas. requiret ab eiſ-
dem de huiuſmodi cuſtodia rationem. Et cum illi non
mentiantur nec culpam alienam ſibi debent imputare.
oportebit eos dicere ꝙ ipſi non ſint in culpa. ſed pecca-
tores qni noluerunt eis credere ꝛ obedire. ſicut non eſt
culpa medici qui nihil omittit de pertinentib⁹ ad curam
infirmi ſi non ſanat languidum ſibi inobedientem Vn-
de iheremie li. Curauim⁹ babilonem ꝛ nō eſt curata Eſt
verbum angelorum. quaſi dicerent Fecimus qđ neceſſa-
rium erat fieri circa babilonem vt curaretur. ſed culpa
ſui fuit ꝙ nou eſt curata. Quartum accuſans peccatorē
ſunt creature. ꝛ ſi queſieris qne. dico ꝙ omnes ꝛ ſingule
Nam offenſo creatore totus mūdus odio habebit offē-
ſorem. Unde iob xx. Reuelabūt celi iniquitatem impij
ꝛ terra aduerſus eum conſurget Nam domin⁹ aduoca-
bit celum de ſurſum ꝛ terram deorſum diſcernere popu-
lum Criſoſ. ſuper matheum In illo die nihil eſt qđ reſ-
pondeamus vbi celum ꝛ terra. ſol ꝛ luna. dies ꝛ nox et
totus mundus aſtabunt aduerſum nos in teſtimoniuꝫ
peccatorum noſtroꝝ Et ideo dicit gregori⁹. Si queris
quis te accuſabit. dico ꝙ totus mūdus. ꝛ creature non
ſolum accuſabūt peccatorem. verumetiam peccatorem
de ipſis vindicabūt Sap. v. Armabit creaturam ad vl

tionem inimicorũ ⁊ pugnabit cum eo orbis terrarũ cō
tra inſenſatos.i.peccatores Item eiuſdem xvi.Creatu
ra tibi factori deſeruiens excandeſcit in tormentum ad
uerſus iniuſtos .Quintum accuſans peccatorem ſunt
miſerabiles perſone que iniuriam paſſe ſunt. Nam illi
eos tūc accuſabunt qui ipſis iniuram fecerunt Tūc ei
verificabitur verbū ꝓphete in pſalmo ſic dicentis Cog
noui quia faciet dominꝰ iudicium inopis ⁊ vindictam
pauperis.nam ipſe qui intuetur abyſſos . qui ſedet ſup
cherubin ⁊ ſeraphin.qui ambulat ſuper pennas vento-
rum.terribilis in cōſilijs ſuper filios hominū.tūc iudi-
cabit cās pauperū quando ſtabūt in magna cōſtātia ad
uerſus eos qui ſe anguſtiauerūt. Tūc vindicabit om-
nia pater orphanorum ⁊ iudex viduarum . Patientia
vero pauperum non peribit in finem.Accuſabūt etiaꝫ
ſubditi ſuos impios ⁊ negligentes prelatos Bernardꝰ
ſuper caň. O terribilis deus ſuper filios hoīm . fruſtra
incipient dicere tūc miſeri montibus.cadite ſup nos.⁊
collibus cooperite nos. Uenient ante tribunal chriſti
⁊ audietur populoꝝ grauis querela.accuſatio dira quo
rū vixere ſtipēdijs.nec diluere pccā quibꝰ facti ſunt du-
ces ceci.⁊ mediatores fraudulenti Sextū accuſās pccō
rem eſt pccm̄.Ihere.ij.Arguet te malicia tua ⁊ auerſio
tua increpabit te.Unde peccata erunt ligata ad colluꝫ
peccatoris Ozee xiiij. Colligata eſt iniquitas effraim .
abſcōditū eſt pccm̄ eius Treň.primo ꝯuolute ſūt ⁊ ipo
ſite collo meo.ſ.iniqtates mee . Et ideo ſicut furtū liga
tum ad colluꝫ furis accuſat eū.ſic ⁊ tūc pccā accuſabūt
miſeꝝ pccōrem. Prouer.v.Iniquitates ſue capiēt im-
piū ⁊ funibꝰ peccatorū ſuorū quiſꝫ conſtringitur.Hinc
eſt ꝙ per ꝓphetam dicitur.Funes pccōꝝ circūplexi ſunt
me quibꝰ inquā funibꝰ mali per diabolū trahentur ad in
fernū.tūc ei cadēt in retiaculo eiꝰ pccōres ⁊ captio quā
abſcōdit apprehendet eos.Legit̄ de ericio ꝙ intrās ortū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

onerat ſe pomis figens ea in aculeis Cum autem vene
rit ortulanus.tūc ericius volens fugere impeditur ab o
nere.⁊ ſic cū pomis comprehenditur ⁊ arreſtatur. Sic
etiam accidit peccatori diuerſis peccatis onerato in die
iudicij comprehenditur ⁊ accuſabitur ab eiſdam. Pſal-
miſta Cognoſcetur dn̄s iudicia faciens in operibꝰ ma-
nuū ſuarū comprehenſus eſt peccōr De quo criſoſ.ſuper
matheum dicit. Ipſe cogitatiōes ⁊ ſpecialiter opera ſta
bunt ante oculos nrōs accuſantes nos an̄ deū .dicente
apoſtolo Cogitationibꝰ inuicem accuſantibꝰ Bernardꝰ
Tunc opera nrā ſimul loquentia dicent ad peccatorē.
Tu nos egiſti.opera tua ſumus.non te deſeremꝰ. tecū
erimꝰ.tecum ad iudicium pergemꝰ Nam vt dicitur E
zechielis xviij.ſicut iuſticia iuſti erit ſuper eum.ſic impi
etas impij erit ſuper eum. Hīc eſt ꝙ pſalmiſta dicit Au
dite hec omnes gētes. auribꝰ ꝑcipite qui habitatis orbē
Cur timebo in die mala.id eſt in die iudicij. que nō ſolū
mala.immo peſſima eſt cuilibet peccatori Ad quod reſ-
pondit ſibijpſi dicens Igitur nūc timebo.quia inquitas
calcanei mei circūdabit me ¶ Septimū ⁊ vltimū accu
ſans peccatorem ſunt tormenta ſiue inſtrumenta paſſi
onis ihesu chriſti.immo verius ipſemet chriſtus Vnd̄
iheronimus Crux chriſti contra te pugnabit. ⁊ chriſtꝰ
per vulnera ſua contra te allegabit.cicatrices contra te
loquentur .⁊ clam de te conquerentur. Hinc auguſtinꝰ
in tractatu de ſimbolo ſic dicit. Fortaſſis dominꝰ in cor
pore ſuo cicatrices obſeruabit.vt in iudicio peccatoribꝰ
exprobraret.⁊ conuincens eos dicat. Ecce hominē quē
crucifixiſtis . ecce deum ⁊ hominem in quem vos infeli
ces credere noluiſtis .videte vulnera que infixiſtis.ag-
noſcite latus quod pupugiſtis.quod ꝓpter vas apertū
eſt ⁊ intrare noluiſtis. Tunc etiam ipē chriſtꝰ accuſās
peccatores dicet illud quod Naū iiij.habet ſcriptū Re
uelabo pudenda tua.⁊ oſtendam gētibꝰ nuditatē tuā ⁊

regnis ignomiam tuam Ozee ſcđo Reuelabo ſtulticiaꝫ
eius in oculis mandatorum eius. ⁊ vir non eruet eũ de
manu mea. O q̃z triſtes ⁊ q̃z deſolati erũt in hoc die mi
ſeri peccatores. Tũc enim ſcribitur. Apocalipſ .i. vide
bit eum oculus . ⁊ qui eum pupugerunt. ⁊ plangent ſu-
per eũ omnes tribus terre Tũc peccator videbit ⁊ iraſ
cetur. dentibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet

¶ Qđ iudicium timendũ eſt ꝓpter red-
dendam rõnem.

ALiud qđ iudicium reddit timoroſum eſt ſtrictiſſi
ma villicationis noſtre ratio de omnibꝰ ſingula
riter faciẽda. Luce xvi. Redde rationem villica
tionis tue. Jam enim nõ poteris amplíꝰ villicare. Cha
riſſime ſi eſſes rõnem redditurꝰ mille florenoꝝ corã dño
tempali iuſto prudeuti ⁊ ſeuero. multũ deberes ſollicita
ri ꝑ bona cõputatione facienda. Sis ergo multomagis
ſollicitãs ⁊ vigilans ꝑ reddẽda rõne de cõmiſſis bonis
coram deo ⁊ angelis ⁊ omnibꝰ ſanctis . quibꝰ tunc p̃nti
bus ⁊ aſtantibꝰ te nccãrio oportebit cõputare. nõ ſolum
de maioribꝰ: verumetiam de minimis vſqꝫ ad vltimum
quadrãtem Vñ yſa iij. Dñs ad iudiciũ veniet cum ſeni
oribꝰ populi ſui ⁊ principibꝰ eius. Et zacharie xiiij Ve-
niet dominꝰ deꝰ meꝰ omẽſqꝫ ſancti eius cũ eo. videlicꝫ ad
iudiciũ generale. qđ erit in publico coram omnibꝰ hõibꝰ.
⁊ non in occulto. ⁊ ideo tanto magis eſt timenduꝫ Vñ
ſophonie .iij. Mane iudicium ſuũ dabit in lucem. ⁊ non
abſcondetur . Erit ergo ratio multimoda de cũctis tũc
reddenda. ¶ Primo videlicet de anima a deo nobis da
ta ⁊ commiſſa . Si enim rex filiã ſibi dilectiſſimã quam
in regno diſpoſuit facere reginam: alicui commiſiſſꝫ ſub
ditorum ſuorum ⁊ ille eam male cuſtodiſſet: quis dubi-
tat quin rex exigeret rationem de cuſtodia filie ſue tali
ter neglecte. Quid ergo faciet rex celorũ de illo cui filiã
ſuam. i. aíãm ſpecialiter ſibi dilectam tradidit in cuſtodi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

am: quam intendit ad dignitatem regiam ſublimare in
celis. ſi eam male cuſtodiunt. nonne magnā exiget inde
rationem.' Jō dicitur deutronomij iiij. Cuſtodi temet
ipſum ⁊ aīām tuam ſollicite Nam ſicut dicit auguſtin⁹
Maius eſt damnū in amiſſione vni⁹ anime q̄z mille cor⸗
porum Unde bern̄. in libro meditationū ſuarum To⸗
tus iſte mūdus ad vnius anime precium eſtimari n̄ pt.
Et ideo dicit ibidem: Cur carnem tuā precioſis rebus
impinguas ⁊ adornas. quam poſt paucos dies vermes
comeſturi ſunt in ſepulchro.' Et animam tuā bonis opi
bus non decoras. que deo ⁊ angelis ei⁹ in iudicio eſt pn̄⸗
tanda Cur ergo animā vilipendis. ⁊ ei carnem antepo
nis.' Dominā ancillari ⁊ ancillā dn̄ari: magna abuſio ē
Jdem in libro de contemptu mūdi Hodie filij hominuz
curam anime negligunt. curam autem carnis oī deſide
rio perficiūt. neq̄z enim peccare metuūt ſed puniri Tu
ergo chariſſime noli min⁹ dignū plus diligere mag̃ dig
no. noli corp⁹ diligere ⁊ animā negligere. noli ancillam
extollere ⁊ dominā permittere ancillari Unde criſoſt⁹.
in libro de reparatione lapſi Si aīām negligamus nec cor
pus ſaluare poterimus. Nō enim anima p corpe ſz cor
pus p anima factū eſt. Qui ergo qđ primū eſt negligit.
⁊ ſecūdū qđ inferi⁹ eſt extollit ⁊ cuſtodit. vtrūq̄z corrū⸗
pit Qui vero ordinem ſeruat ⁊ qđ primū eſt colit ⁊ cuſ
todit. ⁊ ſecundū neglexerit per primi ſalutez ſaluabitur
⁊ ſecūdum Si ergo volueris animam tuā ſaluare. ⁊ bo
nam inde domino rōnez reddere. ipſam inſtrue ſciētijs
⁊ virtutibus diuinis. Unde dicit plato in thimotheo.
Ad hoc anima eſt adiūcta corpori vt fenoretur ſcienti⸗
as ⁊ virtutes. ſi cum magno fenore venerit. benigne re
cipietur a ſuo creatore. ſin autez relegabitur ad inferna
Secundo reddenda erit ratio de corpore noſtro. Jpſū
ſiquidem eſt caſtrū a deo nobis traditum ⁊ commiſſuz
Bernard⁹ Bonū caſtrum cuſtodit qui corp⁹ ſuum cuſto

dit Exigetur ergo rō de custodia huiꝰ castri. videlicet ſi
inimici dñi.i.carnis voluptates ⁊ vicia aliqñ ſūt recep-
ti.⁊ familiares eiuſdem ⁊ amici . id eſt virtutes ⁊ bona
opera abinde turpiter ſunt effugati. Si diabolus ibi fu
erit receptus. ⁊ chriſtus verus dominꝰ cōfuſo modo ſit
excluſus Qđ ſi fecerimꝰ magna erit ſuſpitio de nota ꝓ-
ditionis nrē ⁊ infidelitatis.⁊ ſtabimꝰ ad reddendam ex
inde rationem Item corpꝰ noſtrum eſt iumētū a đo no
bis conceſſum vt ipſo vtamur pro aīe noſtre cōmodo ⁊
vtilitate.de quo debemꝰ reddere rōnem quo ad tria Vn
de ecclāſ.xxxiij. Cibaria ꝟga ⁊ onus azino.paīs diſcipli
na ſeruo Tam azinꝰ ꝗꝫ ſeruus deſignat noſtrū corpus.
cui debetur panis ad ſuſtentationem nature.ꝟga diſci-
pline ad repreſſionem laſciuie.⁊ onꝰ boni operis ad ꝑfec
tum pñie Exiget igitur dominꝰ primo de hoc ſuo iumē
to ſi illud pabulū diſcrete miniſtrauerimꝰ nō nimis lau
te ipm corpus nutriendo . Nam qui ſeruū ſuū delicate
nutrit:poſtea illū ſentiet contumacē.vt habetur ꝓuer
bioꝝ xxix Etiam nō nimis modicū đ neceſſarijs ipī cor
pori tribuendo.qđ ſi fecerimꝰ reputabimur ꝓprioꝝ cor-
porū pemptores. Contra qđ loquit̄ ſic bern̄. in eplā ad
frēs de mōte dei. Sunt ⁊ alia corpm exercitia.in quibꝰ
neceſſe eſt laborare.ſicut vigilie ieiunia ⁊ huiuſmodi : q̄
ſpūalia non impediūt ſed adiuuāt.ſi cū rōne ⁊ diſcreti-
one fiant.que ſi ex indiſcretionis vicio ſic agātur vt vel
deficiente ſpū vel lāguēte corpe ſpūalia impediant. qui
ſic eſt corpi ſuo abſtulit boni operis effectū.ſpūi affcūm
proximo exemplū.⁊ honorem deo. ſacrilegus eſt ⁊ borū
oīm in deū reus Et ergo grego.xxx.moraliū ſic ait.per
abſtinētiam carnis vicia extinguēda ſunt.nō caro.ſꝫ ne
ceſſe eſt vt artē cōtinētie quiſꝫ teneat . qui nō carnē ſed
vicia occidat. Sepe enim dum in illa hoſtem inſeqmur:
etiam ciuem quē diligimꝰ trucidamꝰ Secūdo exiget ſi ꝟ
ga diſcipline illud correxerimꝰ a rebellione ⁊ laſciuijs il

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

lud cohibendo. Unde bernar ſuꝑ can̄ Jugo diſcipline
inſolentia morū eſt domāda Item dicit idem in eplā O
ꝙ compoſitum reddit oēm corporis ſtatuꝫ necnō ⁊ mē
tis habitum diſciplina. ceruicem ſubmittit. ⁊ ponit ſuꝑ
cilia. componit vultum ligat oculos. cachinnos ꝓhibet
moderat linguam. frenat gulam. ſedat iram ⁊ format in
ceſſum Tercio exiget dominꝰ ſi ipſum corpus laborare
fecerimus in operibus penitentie ⁊ virtutum. Un̄ au
guſtinꝰ in libro de baptiſ. paruulorum Propterea d pa
diſo emiſſus eſt adam ⁊ contra edō habitauit. vt ſignifi
caret ꝙ in laboribꝰ qui ſunt delicijs contrarij erudienda
eſt caro peccati Unde corpꝰ noſtrum reputandum ē a
nimal laborioſum ad opera penitentie facienda nobis a
deo commodatum Noli ergo illud tenere ocioſum cuꝫ
ignoras ꝙdiu penes te manebit ne imperfecto opere pe
nitentie ab illo qui conceſſerat forſitan improuiſe repe
tatur. Et ergo dicit criſoſ. Si mutuo acceperis equum
aut bouem inſtāter operaris. ⁊ dicis forte. cras a me tol
letur. quare. hoc etiā nō facis equo corꝑi ſcilicꝫ tuo Sic
ergo iumētum tuū a chriſto tibi conceſſum diſcrete nu
trias vt ſuſtentetur natura ⁊ domentur vicia Sic ꝯga
diſcipline corrigas vt maneat in obediētia ⁊ fulgeat caſ
timonia. ſic ad laborem inſtruas vt profugentur ocia ⁊
faciat digna penitētie opera. tūc finaliter poſſis domio
bonam ⁊ valentem ex inde reddere rationeꝫ ¶ Tercio
reddenda eſt ratio de proximis. ⁊ priō pater de filio. hoc
habetur primo Re. iij. vbi legitur ꝙ heli punitus eſt ꝑ
filijs ſuis eo ꝙ nouerat illos indigne agere ⁊ non corri
puit eos delinquentes Et ergo dicitur ꝓuer. xxix Eru
di filium tuum Unde quidam Si tibi ſit natꝰ peccan
tem corrige natum Ne ve ſuū luere poſſis de iure rea
atum Item prelatis de ſuis ſubditis Ezechiel. xxxiij. Fi
li hominis ſpeculatorem dedi te domui iſrahel Audiēs
ergo ex ore meo ſermonem ānūciabis eis ex me Si me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

me dicente ad impium Imple. morte morieris. ⁊ locut⁹
non fueris vt ſe cuſtodiat impius a via ſua ⁊ ipſe in ini
quitate ſua moritur. ſanguinem eius de manu tua req̄/
ram. Item eiuſdem. xxxiiij Ecce egoipſe ſuper paſtores
⁊ requiram gregem meum de manu eoꝝ Item domin⁹
ſiue princeps terrenus rationem etiam reddet de ſuo i/
feriori atq̄ȝ ſubiecto. Hoc patet numeri xxv. vbi legitur
ꝙ principes a domino iuſte ſunt ſuſpendendi in patibu
lis ꝓpter peccatum populi. quia fornicatus fuit popul⁹
cum filiabus moab. que vocabant eos ad ſacrificia ſua.
⁊cē. vt ibidem legitur. Tales ergo ſunt principes ⁊ pre
lati de quibus ſcribitur ihcremie xxv Vlulate paſtores
⁊ clamate. aſpergite vos cinere optimates gregis. quia
completi ſunt dies veſtri vt interficiamī ⁊ cadetis qua
ſi vaſa precioſa. Videant ergo prelati eccleſie ⁊ princi/
pes vniuerſe terre. qui aliȷ̈s preſunt ⁊ imparant. quali/
ter commiſſum ſibi gregem verbo pariter ⁊ exemplo in
ſtruunt. regunt. defendunt. Prelati namq̄ȝ debent po/
pulum docere ⁊ a lupinis hereticorum inſultibus vulpi
niſq̄ȝ fraudibus ſagaciter defenſare Principes vero ter
re debent peccantes corrigere. ſibi ſubditis iuſticiam et
iudicium facere. pupillos ⁊ viduas. miſerabileſq̄ȝ perſo/
nas diligenter protegere. nec queq̄ȝ iniuſtis actionibus
ſeu moleſtiȷ̈s aggrauare Sciant enim fore ſcriptum ſa/
pientie vi. ꝙ iudiciū̄ duriſſimuȝ in his qui preſunt fiet.
exiguo enim conceditur miſericordia. potentes autem
tormenta patientur Ad vos oēs ergo prelatos eccleſie
et principes vniuerſe terre ſunt hi ſermones mei vt diſ
catis ſapientiam ⁊ non excedatis. ac ſubditos ſic inſtru
ite diligite ⁊ defenſate vt duriſſimuȝ hoc iudicium. vbi
fortiorib⁹ fortior ⁊ maioribus maior inſtat cruciatio. ſe
cure in die nouiſſimo valeatis expectare. Quarto red/
denda erit rō de omnib⁹ operibus ⁊ cōmiſſis Vn̄ atha
naſius in ſimbolo ſic dicit. ꝙ ad aduentum chriſti omēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

homines reſurgere habent cum corporibus ſuis. ⁊ red-
dituri ſunt de factis ꝓpriis ratiouem Et hoc eſt ꝙ apoſ
tolus innuit ii. ad chorintheos v. Ubi dicit. Omēs nos
manifeſtari oportet añ tribunal chriſti. vt recipiat vnꝰ
quiſqꝫ ꝓpria corpis ꝓut geſſit. ſiue bonū ſiue malū Uñ
ecclāſ. vltimo Cūcta que fiūt adducet dn̄s in iudicium
⁊ non ſolū magna ⁊ grauia pccā: ſꝫ etiam que in oculis
noſtris videntur modica ⁊ quaſi nulla. Uñ paruū qđ
videtur paſſus hōis. ſed de eo erit rō reddenda Job xiii
Obſeruaſti omēs ſemitas meas. ⁊ veſtigia pedū meoꝝ
conſideraſti. Et ſubdit capitulo ſequenti. Tu quidem
greſſus meos dinumeraſti. Item xxxiiii. Oculi eiꝰ ſuꝑ
vias hominū. ⁊ omnes greſſus eius conſiderat ſcilꝫ ad
retribuendum qđ in illis perpetrauit. Exemplum de ā
gelo uumerāte paſſus heremite De qno legitur in vitaſ
patrum. Minus eſt verbum ocioſum. Et tñ ſic ſcribit
mathei xii De omni verbo ocioſo qđ locuti fuerint ho-
mines reddent de eo rōnem in die iudicii Unde ſapieñ
primo Qui loquitur iniqua non poterit latere. nec pre
teriet illum correctionis iudiciū Minimū videtur cogi
tatio vana. ⁊ tamen dicitur ſapientie primo. In cogita
tionibus impii īterrogatio erit. Et einſdem vi. Ipſe co
gitationes nrās ſcrutabitur Unde yſaie vltimo Ego
autem opera eorum veniā ⁊ congregem cū gentibꝰ vi-
delicet ad iudicandū prout gentes iudicabo De quo ha-
betur iohelis iii. In diebꝰ illis congregabo omēs gētes.
⁊ reducam eas in valle ioſaphat. ⁊ diſceptabo cuꝫ eis ibi
ſuper populo meo ⁊ hereditate mea iſrahel. Omnia er-
go opera cogitationes ⁊ verba ſtrictiſſima iudicabūtur
Nam ⁊ dicit gregorius ſuper illud mathei xxiiii. Omēs
capilli veſtri numerati ſunt Sic deus omēs vias noſ-
tras conſiderat ⁊ greſſus dinumerat vt nec minime co
gitationes aut verba minutiſſima que apud vos value

runt in eiꝰ iudicio maneant indiſcuſſa Tunc enim vni
uerſa opera nrā tanq̄ in frontibus noſtris eſſent ſcrip
ta erunt omnibus manifeſta Nam vt ſcribitur eccleſi-
aſtici xi. In fine hominis denudatio illius operū. Qui
to erit reddenda ratio non ſolum de malis commiſſis :
ſed etiam de bonis pretermiſſis Unde mathei xxv. tūc
dicet rex his qui a ſiniſtris eius erūt Diſcedite a me ma
ledicti in ignem eternum. qui preparatus eſt diabolo et
angelis eius Eſuriui ꝛ non dediſtis mihi manducare.
ꝛ cetera que ſequuntur Et fuit vna de cauſis quare di-
ues epulo non inuenit aque refrigerationem. quia pau
per lazarus de micis eius menſe nihil potuit obtinere.
Item non ſolum de commiſſis ꝛ omiſſis reddetur ra-
tio. ſed etiam de tempore perdito in quo mala facta ſūt.
ꝛ bona pulchra neglecta Unde ecclāſtici xvij. Nume-
rum dierum ꝛ tempus dedit illis dominꝰ: vt ipſis ſalu-
briter ad eius honorem ꝛ propriam ſalutē vtētur. Nō
multi tamen vilipendūt ꝛ tempꝰ inutiliter conſumūt.
De q̄bus bern̄. ad ſcolares conqueritur ſic dicēs Nihil
precioſius tempore. ſed heu hodie nihil viliꝰ reputatur.
Tranſierunt dies ſalutis. ꝛ nemo recogitat. nemo ſibi
perire diem: ꝛ nunq̄ redituram cauſatur. Sed ſicut nō
peribit capillus de capite. ita nec momentum de tempo
re videlicet de quo ratio non exigetur. O quantum hoc
timebat btūs ancelmus in meditationibꝰ ſuis ita dicēs
O lignū aridū eternis ignibꝰ dignū. q̄d enī rn̄debis ī il-
la die cum exigetur a te vſq; ad ictum oculi omne tēpꝰ
viuendi tibi impenſum qualiter fuerit a te expēſum. et
ideo dicit ſapiens eccleſiaſ. quarto Fili conſerua tempꝰ.
Sexto ꝛ vltimo reddenda erit ratio ď omnibus donis
a domino deo perceptis. Ipſe enim dominus nihil dat
de quo non velit habere rationem. Unde potius vide
tur commodare q̄ ſimpliciter dare Ipe enī req̄ret ratio

nem de omni dato. ſiue ſit ſpūale vt ſunt bona aīe na-
turalia acquiſita et infuſa. ſiue corporalia vt ſunt forti-
tudo agilitas ⁊ pulchritudo Siue temporalia vt ſūt di-
uicie poteſtates ⁊ honores De his omnibꝰ patet exēpla-
riter ⁊ parabolice mathei xx. de quinqꝫ talentis Et luce
xix. de nobili qui tradidit ſeruis ſuis diuitias De quibꝰ
omnibꝰ oportuit ratio reddi ⁊ cōputatio fieri ſpecialis.
Et ergo ſicut ſcribitur iob xix. Scito eſſe iudicium ſciꝫ
breuiter faciendum. in quo de omnibꝰ ⁊ ſingulis ſuperi-
us iam poſitis ratio ſtrictiſſima exigetur. Quare dice-
bat iob xxxi. Quid faciam cum ſurrexerit ad iudicandū
dominꝰ. ⁊ cum queſierit quid reſpondebo illi. O q̄ꝫ velo-
citer veniet querens ⁊ interrogans de omnibus operi-
bus noſtris Nam iuxta eſt dies perditionis ⁊ adeſſe feſ-
tinant tempora. ſciꝫ quando iudicabit dominꝰ populuꝫ
ſuum Quia vt dicitur Abdie primo Iuxta eſt dies do-
mini ſuper omnes gentes Ipſe namqꝫ dicit in apocalip-
ſi tercio. Ecce venio cito. Et ergo dicitur in euangelio
marci xiij Vigilate neſcitis enim quando dominꝰ veni-
et an media nocte an gallicantu. an mane. ne cum vene-
rit repente inueniat vos dormientes Quod autem vo-
bis dico omnibꝰ dico Vigilate. vigilate Nam ſi non vi-
gilaueris veniā ad te tanq̄ꝫ fur. ⁊ neſcies qua hora veni-
am ad te Item apocalipſ ultimo Ecce venio cito ⁊ mer-
ces mea mecum eſt reddere vnicuiqꝫ ſcd̄m opera ſua. et
ergo chariſſime cū de tot ⁊ tātis oportebit te iam cito ⁊
quaſi improuiſe ⁊ ſubito rōnem reddere ſemꝑ vigila. di-
ligenter te examina. ꝯſciām quoqꝫ tuā funditꝰ expurga
Ut cum dn̄s ad iudicandū venerit poſſis eidē conueni-
enter reſpondere Et in oculis eius grām ac veniā pccō-
rum miſericorditer inuenire Et hoc ē qđ ſuadetur tibi.
Eccleſiaſ. xviij. ibi dicitur Ante iudicium temetipſuꝫ in-
terroga ⁊ in cōſpcū dei īuenies ꝓpitiationem

¶ Qđ iudiciū timēdū ſit ꝓpter ſn̄ie ꝓlationē

Ultimū quod finale iudiciū reddit formidabile et pauescendum eſt horribilis ſententie expectatio. que a iudice tūc crudeliter eſt ferenda Hec autem ſentē tia eſt terribilis ſpecialiter propter tria Primū ē incer titudo ſententie ſiue dubitatio. Nulli enim conſtat an pro ſe vel contra ſe feratur. Nam vt dicitur ecclāſt.ix. Sunt iuſti atqꝫ ſapientes. ⁊ opera eorum in manu dei ſunt. ⁊ tamen neſcit homo vtrum odio an amore dign⁹ ſit. ſed omnia in futuro ſeruantur incerta. Unde legit̄ in vitaſpatrum. ꝙ cum abbas agaton moritur⁹ per tres dies ſtaret immobilis apertis oculis. ⁊ fratres eum pul ſarent dicentes Abba vbi es? Reſpondit in conſpectu omnium iudicis aſſiſto Et dixerūt fratres Tu times. Dixit Intima virtute qua potui mandata dei cuſtodi- ui. ſed homo ſum ⁊ neſcio vtrum opera mea accepta ſint coram deo. qr aliter ſunt dei iudicia ⁊ aliter hominū Et ideo nec confido. niſi venero ante deum Dicit enim gre gorius Sepe iuſticiam meam ad examē diuine iuſticie inducta iniuſticia eſt. ⁊ plerumqꝫ ſordet in conſpectu iu dicis. qđ in intentione fulget operantis. Unū pūerbiorū xiiij. Eſt via que videtur hominibus recta ⁊ nouiſſima eius ducūt ad interitū. Et quia iſte ſanctus pater aga- ton hec cordialiter aduertebat. ido qͣuis in mādatis di cuſtodiendis diligentiſſim⁹ fuit. futurū tamen iudiciuꝫ valde timuit ⁊ expauit Item legitur adhuc in vitaſpa- patrum ꝙ quidam ſenex dixit. Tres res timeo. vnā vi delicet qn̄ anima mea egreſſura eſt de corpe. Alia quan do occurſura eſt ipſi deo Tercia vero qn̄ finalem ſniaꝫ in die nouiſſiō expectauerit auditura. ecce qualiter mul ti ſanctorum patrum hoc iudiciū timuerūt. ꝓpter incer titudinem ſentētie tunc ferende Et vero merito valde eſt timendum Unde mathei vij. ⁊ ſunt verba ſaluatorꝫ Multi dicent mihi domine domine. nōne in nomiē tuo ꝓphetauimus ⁊ demonia eiecim⁹: ⁊ virtutes multas fe

cimus Et tūc confitebor illis dicens. Diſcedite a me q
nunqꝫ noui vos. Si ꝓplexte ꝛ fugantes demones ꝛ mi
racula in dei nomine facientes tunc repellentur: quis
tam ſancte hic poſſet viuere. ꝙ in hoc iudicio non habe
at tremere ꝛ pauere. Nullus veriſſime cum non ſit mū
dus a ſorde ſuper terram. etiā nec infans vniꝰ diei. Hinc
eſt quod ſcribitur yſaie. lxiiij. Facti ſumus omnes nos
vt immūdus quaſi pannus menſtruate vniuerſe iuſti
cie noſtre. Igitur de omnibus operibus noſtris in hoc
iudicio producendis quantūcunqꝫ etiam videantur bo
na ſine iuſta. debemus merito formidare. Unde iob ix.
Uerebar omnia opera mea Sic beatus paulus vas e
lectionis: ꝗuis de nullo peccato ſibi conſcius fuerit Di
cit enim actuū xxiij. Ego omni bona conſcientia cōuer
ſatus ſum apud deum vſqꝫ in hodiernū diem Tamen ſi
cut ſcribitur ecclāſ. v. De ꝓpiciatu peccatorum noli eſſe
ſine metu Unde primo ad chorintheos iiij. quaſi pauē
do dicit. Nihil mihi conſcius ſum ſed in hoc iuſtificatꝰ
non ſum Hinc gregorius ait Iuſti autem viri omne qđ
agunt metuunt dum caute conſiderant ante quantum
iudicem ſtabūt. Omnes enim ſtabimus ante tribunal
chriſti. vt ſcribit apoſtolus ad romanos xiiij. Et ergo e
go miſerrimꝰ quid dicam vel quid faciam. dum nil boni
proferam ante tantū iudicem. Secundū eſt illius ſentē
tie dura ꝛ lamētabilis. ymmo intolerabilis prolatio. cū
iſte dicitur. Unde mathei xxv. Cum venerit filius ho
minis in maieſtate ſua ꝛ omnes angeli cum eo. tunc ſe
debit ſuper ſedem maieſtatis ſue Et congregabūtur ā
te eum omnes gentes. ꝛ ſeparabit eos ab inuicem ſicut
paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet quidem oues
a dextris. hedos autem a ſiniſtris Tunc dicet rex hiſq
a dextris eius erunt. Uenite benedicti patris mei poſſi
dete paratum vobis regnū a conſtitutione mundi Eſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

riui ⁊ dediſtis mihi manducare. ſitiui ⁊ dediſtis mihi bi
bere. ⁊ cetera que ſequuntur Tunc dicet ⁊ his qui a ſi-
niſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti in ignem e
ternum qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Unde
quidam Judicis in lite breuis eſt vox ite venite. Dice-
tur reprobis ite. venite bonis O graciosiſſimum ⁊ dul-
ce chriſti alloquium. cum dixerit. Uenite O durum et
amarum ymmo intolerabile verbum cuꝫ pronunciaue
rit Diſcedite a me maledicti in ignē eternū. ſiue ite Ue
re vere. Aſpera vox ite. vox eſt benedicta venite Unde
beatus bernardꝰ ait O ꝙ graue ⁊ intime a ſiniſtris erit
ite: cum a dextris vox venite dicet rex largitor vite Iſ-
te eſt gladius ab vtraqꝫ parte acutus exiens de ore filij
hominis. Ut habetur apocalipſis primo. ⁊ etiam decio̅
nono Certe tūc percutiet terram virga oris ſui ⁊ ſpiri
tu labiorum ſuorum interficiet impium. Ut habetur y
ſaie vndecimo O ꝙ terribile eſt illam vocem tunc audi
re Unde auguſtinꝰ ſuper iohannem Qui ceciderūt ad
vocem vnam morituri chriſti. quid facient ſub voce iu-
dicaturi. Ipſe ſiquidem rugiet tanꝙ leo. Amos tercio.
Leo rugiet quis non timebit Item yſaie v. Rugitꝰ eiꝰ
vt leonis Item iheremie xxv. Dominus de excelſo ru-
giet ⁊ de habitaculo ſuo dabit vocem ſuam. peruenitqꝫ
ſonus eius ad extremum terre. quia iudicium domino
cum gentibus. Certe tunc vox domini confringētis ce
dros. nam tunc dominꝰ confringet cedros libani Hoc ē
ſuperbos ⁊ eleuatos eius ſpeciales inimicos Qui mox
vt honorificati fuerint ⁊ tanꝙ cedri exaltati quemad-
modum fumus deficient. cum in hoc iudicio humiliati
fuerint a domino. ⁊ quaſi penitus ad nihilum redacti.
Hec etiā vox domini erit ſicut tonitruum verberās ter
ram. Ideo iob xxvi. tremens dicebat. Quis poterit to-
nitruum magnitudinis eiꝰ intueri Uñ pſalmiſta Into

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

nuit de celo dominꝰ ⁊ altiſſimus dedit vocem ſuā. Jteꝫ
iob xxxvij Tonabit dominꝰ voce ſua mirabiliter qui fa
cit magna ⁊ mirabilia Hinc ancelmus in meditatiōibꝰ
ſuis dicit Quid dormitas anima tepida ⁊ euomi digna
Qui non expergiſcitur. qui non tremit ad tantum to-
nitruum. non dormit ſed mortuus eſt. Item verbū do-
mini erit ad modum choruſcātis Unde zacharie nono.
Exibit vt fulgur iaculum eius ⁊ dominꝰ in tuba canet
Certe ſicut dicitur yſaie xxvij. In die illa clangetur tu-
ba magna Hinc dicit Criſoſtomꝰ ſup̱ illud Mathei xiiij
Uirtutes celorum mouebūtur Uere nox magna vox
tube terribilis cui omnia obediūt elemēta Que petras
ſcindit. inferos aperit. portas ereas frāgit. vincula mor
tuoꝝ diſrumpit. ⁊ de ꝓfundis abiſſi liberatas aīās cor
poribus ſuis reddit. ⁊ ad iudicium ire compellit Hec ō-
nia citius conſumentur in opere. tanq̄ȝ ſagitta trāſit in
aere Dicente apoſtolo. i. ad chorintheos xv. In momēto
in ictu oculi in nouiſſima tuba De hac etiam tuba dicit
Jheronimus. ſuper matheum. Quotiens diem illū conſi
dero. toto corde contremiſco. Siue etiam comedo ſiue
bibo ſiue aliquid aliud facio. ſemper videtur illa horribi
lis tuba ſonare in auribꝰ meis. Surgite vos mortui ve
nite ad iudicium Hunc diem frequenter debet cogitare
quilibet tribulatus ſeu onere penitentie aggrauatus. ⁊
magnū inde ſuſcipiet in anima ſubleuamen Unde gre
gorius in omelia Diem illum fratres chariſſimi āte ocu
los veſtros ponite: ⁊ quicquid modo graue cernitur ī
eius comparatione leuiatur. Debemꝰ etiam hanc diem
expaueſcere ⁊ timere. nam hec eſt dies ire. dies magna.
⁊ amara valde. Unde ſophonie primo. Uox diei domī
amara. tribulabitur ibi fortis dies ire dies illa. dies tri-
bulationis ⁊ āguſtie. dies calamitatis ⁊ miſerie. dies te
nebrarum ⁊ caliginis. dies nebule ⁊ turbinis: dies tube
⁊ clangoris Item yſa. iiij. Sol conuertetur in tenebras

⁊ luna in ſanguinem. anteq̄ʒ veniat dies dn̄i magnus ⁊
horribilis. O quantū metuebat beatus bernard⁹ hūc diē
quando dixit. Cum recordor moritur⁹. terret terror me
venturus. quem expecto non ſecur⁹. terret dies me ter
roris dies ire ⁊ furoris. dies luctus ⁊ meroris. dies vl-
trix peccatoris. De hoc etiam die ait ſic idem in ſermo-
ne. Audi ſtabūt ante tribunal chriſti. vt audiant vocē
iudicij. qui obturauerūt aurem ſuam ad vocem conſilij
Quid enim loquitur deus. Agite inquit penitentiam.
Multi tamen diſſimulant multi continent aures ſuas:
⁊ dicūt. Durus eſt hic ſermo. non ſic impij nō ſic. Tūc
intonet dur⁹ ſermo verbū aſperum cum pronunciatuʒ
fuerit. Ite maledicti in ignem eternū. Quid ergo dicēt
in die illa terribili miſeri peccatores perpetue condēna
ti. cum viderint ſanctos ad regnū vocari. atqʒ ſemetip-
ſos ad mortis ſupplicia eternaliter deſtinari. Certe ſi-
cut dicitur ſapientie. v. Gementes pre anguſtia ſpirit⁹
dicent intra ſe penitentiam agentes. Hi ſunt quos ali-
quando habuimus in deriſum ⁊ in ſimilitudinem im p
perij. Nos inſenſati vitam illorum eſtimauimus inſa-
niam. ⁊ finem illorum ſine honore. Quomodo ergo cō-
putati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorum
eſt. Nos errauimus a via veritatis ⁊ lumen iuſticie nō
illuxit nobis. ⁊ ſol intelligentie nō eſt ortus nobis. Laſ-
ſati ſum⁹ in via iniquitatis ⁊ perditiōis. ⁊ ambulauim⁹
vias difficiles. viam autem domini ignorauim⁹. Quid
nobis profuit ſuperbia. aut quid diuiciarum iactantia ꝯ
tulit nobis. Tranſierunt omia illa tanq̄ʒ nauis que per
tranſit fluctuantem aquam. cuius cum preterit non eſt
veſtigium inuenire. Certe hec confeſſio ⁊ penitētia tūc
erit nimis tarda. Penitebūt quidem ad penam. ſed nō
conuertentur ad veniam. Nam tunc non erit amplius
locus miſericordie ⁊ venie. ſed equitatis ⁊ iuſticie. cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

pronunciatur a tremendo iudice Ite ⁊ venite. O quā-
tum hec ſententia eſt ab omibus metuenda. Unde legi
tur ꝙ quidam ſanctus cum ſpūs fornicatiōis ipſū gra-
uiter temptaret exorauit dominū; vt temptator ei viſi-
biliter appareret. quod ⁊ factum eſt. Tunc ſanctus ille
ait Quid tibi prodeſt ꝙ me ſic temptas. eſt eniꝫ ſumma
fatuitas Noſti namqꝫ ꝙ cum aliquem in peccatum p̄-
cipitas. peccatum tuum aggrauas. ⁊ ex conſequenti ſic
penam tuam augmentas. Reſpondēs demō ait. Scio
inquit verum eſſe quod loqueris. ſcio enim ꝙ quāto plu
res peccare fecero tanto diem iudicij amplius retarda-
bo Illam autem diem ſuper omīa reformido. in qua du
ram illam ſententiam me auditurum expecto. Ite ma-
ledicti in ignem eternum qui paratus eſt diabolo ⁊ an-
gelis eius. Et vt fulminationem illius ſententie ſalteꝫ
ad tempus valeam retardare. ideo nitor homines tam
grauiter temptare. O deus eterne quantum tunc demō-
nes ⁊ miſeri peccatores timebunt ⁊ a voce tonitrui tui
formidabunt. Et ergo ſi volueris hanc vocem nō time
re. ⁊ in illa die magna ⁊ horribili ſecurus eſſe. ſemīa nūc
opera pietatis. iuſticie ⁊ miſericordie O q̄ꝫ felix fuerit ⁊
multum beatus. qui nūc intelligit ſuper egenum ⁊ pau
perem. in illa die liberabit eum dominus Unde puerbi
orum xi. Benefacit anime ſue vir miſericors. facit etiā
dignos fructus Nam qui nūc ſeminānt in lachrimis et
dolore tunc venientes venient: portantes manipulos
ſuos cum magna exultatione Sed multi nunc ſeminānt
ſpinas ⁊ zizania. putantes ſe tunc triticum meſſuros.
non ſic impij nō ſic Que enī ſemiāuerit hō. hec ⁊ metet.
dicit aplūs ad galatas vi. Et ergo dicit dn̄s Ozee decīō
Araſtis impietatem. inquitatem meſſuiſtis Unde qui
ſeminauerit pctm̄ ⁊ act⁹ neqnicie metet iehennalem pe-
nam Qui vero ꝟtutes ⁊ opa pūie. colliget glām ſempit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

nam.nā qui bona egerūt ibūt in vitā eternā.ꝙ vero ma
la in ignem eternū.Opera eī illoꝝ ſequūtur illos Apo
calipſ xiiij.nam opa tūc ſaluabūt.⁊ opa condemnabūt.
Hinc eſt qꝺ dicitur iohannis v.Veniet hora in qua om
nes qui in monumentis ſunt:audient vocem domini.⁊
ꝓcedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vite.ꝙ ve
ro mala in reſurrectionem iudicij.Unde apocalipſ .ij.
dicit iudex affuturus.Ego ſum ſcrutans renes ⁊ corda
⁊ dabo vnicuiqꝫ ſcꝺm opera ſua.Nam vt dicit abdie p̄
mo Sicut feciſti fiet tibi.Et ergo ſcribitur Ihere.quin
quageſimo.Et ſunt verba iudicis ad angelos malos de
peccatore condemnato ſic dicentis Reddite ei ſcꝺm opꝰ
ſuum.iuxta omnia que fecit facite illi.Et ergo ſi volue-
ris ante chriſtum autumnū bonū habere ⁊ multis fru
ctibus abundare.ſemina nūc largiter in hoc vere huiꝰ
preſentis vite.nam qui parce ſeminat parce ⁊ metet Et
qui ſeminat in benedictionibus.de benedictionibꝰ ⁊ me
tet.Ut habetur ſcꝺo ad chorinthios decimo Sic etiā
qui ſeminat in maledictionibus ⁊ peccatis:de eiſdē me
tet Nam vt dicitur ꝓuerbio communi Quod ſibi quiſ
quis ſerit preſentꝫ tempore vite Hoc ſibi meſſis erit cū
dicitur ite venite.Tercium vero ꝓpter quod ſententia
iudicis eſt terribilis ⁊ deſolata eſt omni dolore plena dā
natorum a deo ⁊ angelis.⁊ ab omnibus ſanctis ſepara
tio eterna.cum pars ſiniſtra a demonibus rapietur In
inſtanti enim ⁊ ſine mora illa horribili ſententia ab ore
chriſti promulgata erunt parati demones crudeliſſimi.
rapientes animas miſerorū.ducentes eas velociter ad
ſupplicium ſempiternum.Hoc etiam patet figuratiue.
Heſter vij.de miniſtris aſſueri regis.qui erant auidiſſi-
mi ad ſuſpendendū aman Unde dicitur ibidem.necnō
verbum de ore regis exibat ⁊ operuerūt faciem eiꝰ mi-
niſtri regis Sic diaboli ſtatim in illo die erunt paratiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

ſimi ad recipiendum ſtatim animas peccoꝝ Et hoc ē qḋ dicitur in lamentationibꝰ Iherе.i.capi: Omnes perſecu tores eius apprehenderunt eam. Unde chriſoſtomꝰ ī li bro de reparatione lapſi Cogita ſeuos illos ⁊ horrēdos penarum miniſtros: qui peccatores precipitant ad ſup plicia ſempiterna. Item hugo de ſancto victore Torto res horribiles qui nunq̄ʒ miſerētur eruut parati vt da ta ſententia: te damnatum rapiant ad tormenta ſempi terna. Tunc miſerando miſer lamentando dicet Suſce perunt me ſicut leo paratus ad predam. ⁊ ſicut catulus leonis habitans in abditis O dolor ineffabilis. o pena ī dicibilis talis amariſſime perſecutionis. Unde bernar dus in meditationibus ſuis ſic ait. Quiſputas meror e rit. qnis luctus. que triſticia. quando ſeparabuntur ma li a conſortio iuſtorum ⁊ a viſione dei. ⁊ traditi in poteſ tatem demonū: ibunt cum illis in ignem eternum. Ibi qʒ erunt ſine fine in luctu ⁊ gemitu Procul elongati a beata patria paradiſi. ⁊ in iehenna nūq̄ʒ lucem habitu ri iuxta quantitatem culpe penam ſuſtinentes. tunc illi miſeri peccatores de omni redemptione deſperantes vſ qʒ in eternum non videbūt lumē. nā interibunt in infe riora terre. tradētur ī manꝰ gladij partes vulpiū erunt hoc eſt ipſoꝝ demonū qui ſunt fraudulenti ⁊ nequiſſimi ad nocendum omībꝰ De hac ſeparationis pena ſic dicit chriſoſtomꝰ ī libro de raparatione lapſi. nonnulli impe ritorum putāt ſibi ſatis eſſe ⁊ optabile videri ſi tātūmo do careāt iehenna. Ego aūt multo grauiores q̄ʒ iehēnā eſſe dico eſſe cruciatus. remoueri ⁊ abijci ab illa gloria. nec puto acerba eſſe iehenne ſupplicia. Ut ſunt illa: De quibus audi quid dicit beatus petrus. Torquetur is q̄ arcetur a cōſpcū chriſti hoc crede mihi penis oībus grauius Et hoc ſolum eſt qḋ ſupat ⁊ iehennā Uñ idez ſupꝛ illud mathei xvi. Excidet ⁊ in ignē mittetur Intol

lerabilis res eſt iehenna ⁊ ſupplicium horribile. Tamē
ſi mille quis iehennas ponat. nil tale eſt duruꝫ quale ab
honore illius glorie ꝓpelli ⁊ exoſum eſſe a chriſto Nam
ſcḋm auguſtinū Reprobi mallent omne tormentū ſuſ
tinere q̄ꝫ videre faciem iudicis irati. Unde iohelis ſcḋo
A facie eius contremuit terra. moti ſunt celi ⁊ ſtelle re
traxerunt ſplendorem ſuum. a facie eius trepidabūt po
puli Certe domine tūc peccatores infirmabuntur ⁊ pe
ribunt a facie tua. Et hoc pre dolore nimio. cum eam vi
derint auerſam. ⁊ quo ad ipſos terribiliter commotam
et crudeliſſime dicentem illud ihieremie xviij. Dorſum ⁊
non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum O q̄
lis ſeparatio O q̄ꝫ grauis ⁊ amara tūc diuiſio cuiuſlibꝫ
peccatoris a facie domini taliter indignantis. ⁊ horribi
ter dicentis. Amen dico vobis neſcio vos: Unde q̄daꝫ
Carorum triſtis diſceſſus triſtior iſtis. Corporis ⁊ ani
me triſtiſſimus a deitate Chariſſimi ꝓpter hec oīa ſu
pradicta et quaſi infinita alia que breuitatis cauſa omit
tuntur. expergiſcimini ⁊ leuate capita veſtra. ac omni ti
more ⁊ tremore diē illum precauete Nam ſicut dicitur
ſophonie primo. Iuxta eſt dies domī magnꝰ iuxta ⁊ ve
lox nimis Et ergo dicitur yſaie xiij. Uigilate. qꝛ ꝓpe eſt
dies domini. vigilate itaqꝫ quia neſcitis diem neqꝫ ho
ram. ita vt ſcribitur mathei xxv. Unde prime ad theſſa
lonicen̄ vltimo Frēs iſta diligēter ſcitis quia dies domi
ni ſicut fur ita in nocte veniet Cum enim dixerit pax ⁊
ſecuritas tunc repentinꝰ eis ſuperueniet īteritꝰ. ⁊ ſicut
dolor in vtero habentis ⁊ non effugient Uos autē fra
tres iam nō eſtis in tenebris. vt vos dies illa tanq̄ꝫ fur
comprehendat. Uos enim filij lucis eſtis ⁊ filij dei. Igi
tur non dormiamus ſicut ceteri. ſed vigilemus ⁊ ſobrij
ſimus Hec vbi ſupra Iteꝫ luce xxi. Attendite vobis ne
forte grauentur corda veſtra in crapula ⁊ ebrietate. et
curis huius vite. ⁊ veniat ſuper vos repentina dies illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

tanq̃ȥ laqueus enim ſupervenict in omnes qui ſedẽt ſu
per faciem vniuerſe terre Vigilate itaqȝ frẽs omni tẽ
pore orantes vt digni habeamini om̄ia iſta fugere que
ventura ſunt. ⁊ ſtare ante filium hominis. Hec omnia
ibidem Nam in veritate ibi erit timor ⁊ tremor ⁊ into
lerabilis dolor. Unde iohelis ſcdo. Magnus eſt dies do
mini ⁊ terribilis valde. quis ſuſtinebit eum Et yſaie. ij.
Et introibunt in ſpeluncas petrarum a facie formidi-
nis domini ⁊ voragine terre. ⁊ a gloria maieſtatis eius
cum ſurrexerit percutere terram. Tunc enim in fremi
tu conculcabit' terram ⁊ in furore obſtupefaciet gentes
Sicut ſcribitur Abacuc tercio. Et ideo dicitur yſa. de
cimo Quid facietis in die viſitationis ⁊ calamitatis d
longe venientis. ad cuius fugietis auxiliuȝ: Certe pec
catori tunc nullũ erit refugiũ. nullum ſolamẽ ſeu adiu-
torium Unde ancelmus in libro de ſimilitudinibus A
dextris erunt peccata accuſantia. a ſiniſtris infinita de
monia Subtus horridum cahos inferni. deſup̱ preſen
tia iudicis irati Foris mundus ardens. intus conſcien
tia vrens. vix iuſtus ſaluabitur. Peccator autẽ ſic dep̄
henſus quo fugiet. latere tunc erit impoſſibile. ⁊ appare
re intolerabile Item eſt dicta ſententia eo magis formi
dabilis ⁊ timenda. quia non ſolum corpus diiudicat. ſȝ
etiam ipſam animã condemnat Unde legitur in exem
plo Duo fratres quorum vnus erat fatuus' ⁊ alter ſapi
ens. ibant pariter eadem via. Cum autem veniſſent ad
biuium vbi erant due vie. vna delectabilis ⁊ pulchra. re
liqua vero inabilis ⁊ aſpera Fatuus videns viam delec
tabilem. dixit ſapienti Eamus per hanc viam Sapiẽs
reſpondit Frater ⁊ ſi via iſta delectabilis eſt. tamen ad
malum hoſpicium in fine deducit. Unde conſulo per a
liam viam tranſeamus. nam quamuis ipſa ſit aſpera et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

inabilis .tamen ducit finaliter ad hoſpicium laudabile
et pulchrum nı̄s.magne honeſtatis ⁊ quietis Reſpon-
dit fatuus frater Magis volo oculis meis credere q̄ ti
bi de his que tu non vides . Et ſic ſe poſuit ille fatuus ī
via delectabili ⁊ amena. Quod ſapiens videns nolens
eum relinquere ipſum ſequebatur Pergẽtes autem pa
riter inciderunt ſtatim in latrones. qui eos ab inuicem
ſeparantes poſuerunt in carceribus diuerſis : Factum
eſt autem vt rex illius terre preciperet quadam die om
nes ĩcarceratos ad ſe adduci. vt ipſos iudicaret ad mor
tem Venientes autem iſti duo fratres inter ceteros cū
ſe mutuo viderent.ſapiens ſic dixit regi O domine mi
rex ⁊ iudex: valde conqueror vobis de iſto fratre meo .
Nam cum eſſemus pariter in via. ⁊ ipſe ſit fatuus. ego
vero ſapiens ſum reputatus. Ipſe enim michi nolebat
credere vt iuiſſemus per quandam bonam viam quam
ſibi demonſtraui.ſed fecit me ſecum ire per quandam vi
am malam. vbi cecidimus inter latrones. vnde reus eſt
mortis mee. Ad hec fatuus dixit Domine mi rex. Ego
aduerſus fratrem meum maiorem habeo cauſam conq̄
rendi Nam cum ipſe ſapiens ſit non debuiſſet tam faci
liter me ſecutus fuiſſe per viam quam ſciuit fore malā.
Quod ſi non feciſſet. rediſſem vtriqꝫ et ſecutus eum fu-
iſſem. et preſens periculum nullatenus incurriſſet. Vn
de vere reus eſt mortis mee . His verbis ex vtraqꝫ par
te auditis. rex talem protulit ſententiam dicens Tu fa
tue noluiſti ſapienti credere. ⁊ tu ſapiens ſecutus es fa
tuum. igitur vos ambo debetis morte condemnari Sic
ergo erit fratres chariſſimi in die iudicij . et in conſum
matione ſeculi cum exibunt anime de latibulis ſuis . et
corpora de ſepulchris ſuis. ad recipiendum iudicium de
commiſſis omnibus operibus ſuis ⁊ omiſſis Nam cor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

pus fatuum quia noluit ſequi conſilium anime ſapien-
tis. ⁊ ſpūs ſapiens. qꝛ ſecutꝰ eſt corpus fatuum Igitur ꝯ
demnabuntur ambo in iudicio extremo Et hac de cau-
ſa ſententia iudicis dicitur gladius ex vtraqꝫ parte acu
tus. vt habetur apoca. primo. Nam percutiet tam quo
ad corpus q̄ꝫ quo ad animam miſerum peccatorem Un
de mathei x. Illum timete qui poteſt corpus ⁊ animam
perdere in iehennam . Item dictam ſententiam reddit
multum formidabilem ⁊ timendam qualitas ipſius iu-
dicis Eſt enim ferenda a iudice circūſpecto immo pru-
dentiſſimo qui non poterit falli Nam omnia ſibi cog-
nita ſunt ⁊ nota Ipſe enim nouit abſcōdita cordis ſcru
tans corda ⁊ renes deus Unde ad hebreos iiij. Omnia
nuda et aperta ſunt oculis eiꝰ Deus enim intuetur cor
vt habetur primi regū xvi. Unde ecclāſ. viceſimotercio
Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſole : circum-
ſpiciētes omnes vias hominū. ⁊ profundum abiſſi ⁊ ho
minū corda intuentes in abſconditas partes . Et ergo
vt dicit boecius Magna nobis indicta eſt bene faciendi
neceſſitas. cum agamꝰ omnia an̄ oculos iudicis cernen
tis Item ihere. xxxij. Oculi tui aperti ſunt ſuper omēs
vias filiorum adam. ⁊ reddas vnicuiqꝫ ſcđm vias ſuas
⁊ ſcđm fructum adinuentionum eiꝰ Iſte eſt iudex valđ
metuendus cui perſpicabile omne ſolidum ⁊ apertū oē
ſecretum. cui obſcura clarent. muta reſpondēt. mens ſi-
ne voce loquitur ⁊ ſilentium confitetur Hec etiam ſen
tentia ferenda eſt a iudice nouiſſimo. qui nō poterit flec
ti. nam iudicabit orbem terrarum ī iuſticia dei populos
in equitate. nullius etiam veretur potentia . nec alicuiꝰ
accipit perſonam. nec aliquo munere tūc placatur Un
de deutronō. decimo Deus magnus potens ⁊ terribilis
qui perſonam nō accipit nec munera. Certe tunc plus
valebit pura conſcientia q̄ꝫ marſubia plena Tunc diui
tibus nihil proderit diuitiarum copia. ſed ſolum pietatꝪ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

iuſticie pſunt opa. Unde ezechie. vij. Argētum eoꝝ fo
ras eijcietꝛ: et aurum eoꝝ in ſterquiliniū erit Argētum
et aurum nō valebit liberare in die furoris dn̄i Tūc ap
parebit dolꝰ ſeculi falſitas mūdi: ac vilitas ⁊ īdignitas
omnium diuitiaꝝ. O q̄ꝫ dulce. q̄ꝫ iocūdum erit tūc odiſ
ſe mundū: ⁊ q̄ꝫ triſte: q̄ꝫ amarū habuiſſe mundū carum.
Hec ſentētia ferēda eſt a iudice q̄ precibus nō corrūpitꝛ
neqꝫ mitigatꝛ Prouer. vi. Nō acquieſcet cuiuſqꝫ pcibꝰ.
Et ideo vt dt Criſo. Ibi angeli p hominibꝰ nō interce
dent Quia iuſtꝰ iudex tunc nō faciet miſericordiam: ſed
reddet vnicuiqꝫ ſcd̓m merita vel demerita. equam ⁊ in
flexibilem iuſticiam Unde Ezechielꝛ. vij. Scd̓m viam
eoꝝ faciā eis. ⁊ ſm opa coꝝ iudicabo eos: ⁊ ſcient q2 ego
dominꝰ Et ergo Job. ix. expaueſcens dicebat Uerebar
omnia opa mea ſciēs q2 nō parcis delinquēti. De his oi
bus ait Bern̄. in pſa. Juſte quidem iudicabit nec perſo
nā acceptabit prece nec corrumpetꝛ: ſic nec precibꝰ flectetꝛ
Et igitꝛ labora diligēter illuc deferre iuſticiam. vbi miſe
ricordiam nō poteris inuenire. Nam vt ſcribitꝛ Pro
uer. xi. Nō pderūt diuitie in die vltionis: ſꝫ iuſticia libe
rabit tūc a morte. Cariſſime ſi ſcholares lcōnes ſuas ne
ſciētes valde timēt de examīe magiſtri. q2 forſitan acri
ter corrigentꝛ. Quātum habēt tūc timere miſeri pecca
tores de extrema auditiōe ſummi magiſtri ⁊ iudicis: q̄
nō ſtuduerūt in libro iuſticie ⁊ veritatis. Certe in hoc
examine q̄ nunc malignantur exterminabuntꝛ. Iniuſti
em̄ punientꝛ ⁊ ſemē impioꝝ peribit. Ecōtra vero tunc
in memoria eterna erūt iuſti. ⁊ ab auditione mala nō ti
mebunt. Et ideo dicitꝛ Ecci. viij. Ante iudiciū para tibi
iuſticiam. Hec ſentētia etiam feretꝛ a iudice crudeli ⁊ cō
moto qui nō poterit placari. Nam dominꝰ qui nūc na
turaliter māſuetus eſt vt agnꝰ. tūc apparebit quaſi leo
rugiēs crudelis ⁊ cōmotus Un̄ oſee. xiij. ⁊ pn̄t eſſe ꝟba
domini de auaris. guloſis ⁊ ſupbis in die iudicij ſic dicē

tis Juxta deſideria ſua adimpleti ſunt ꝛ ſaturati. ꝛ ele-
uauerūt cor ſuū et obliti ſunt mei. Et ero eis q̄ſi leena
ꝛ ſicut pardus in via aſſirioꝝ. occurram eis quaſi vrſa
raptis catulis. ꝛ diſrumpā interiora iecuris eoꝝ ꝛ con
ſumam eos q̄ſi leo. Quid em̄ crudelius iſtis beſtijs pote
rit inueniri. Item dt domin⁹ ad impium cōdemnandū:
illud Ezechie. vij. Finis venit ſup te et emittam furorē
meum in te. ꝛ iudicabo te iuxta vias tuas ꝛ ponam cō-
tra te omnes abhominatiōes tuas. Et nō parcet ocul⁹
me⁹ ſuper te ꝛ abhominatiōes tue in medio tui erūt Et
ſcitis q2 ego domin⁹. venit temp⁹ prope eſt dies occiſio-
nis. nūc de ꝓpinquo effundam iram meam ſup te. effun
dam furorem meum in te. Certe dn̄e ſicut ignis cōbu-
rit ſiluam ꝛ ſicut flām̄a comburēs montes Ita tūc per
ſequeris illos in tēpeſtate tua ꝛ ī ira tua turbabis eos
Nūc enim exardeſcet ſicut ignis ira tua. ꝛ in furore ob
ſtupefacies gētes. De quo dicit̄ yſa. xxx. Ecce nomē do-
mini de longinquo veniet ardens furor ei⁹ et grauis ad
portādum labia ei⁹ repleta ſunt indignatione ꝛ lingua
eius q̄ſi ignis deuorās ꝛ ſpūs ei⁹ quaſi torrēs inundās
vſq3 ad medium colli. ad perdēdas gētes ad nihilū Hūc
furorem ꝓuidit iob in ſpū cum dixit. Quis mihi tribu
at vt in īferno ꝓtegas me ꝛ abſcōdas me donec pertrā
ſeat furor tuus. Uere tāta erit tūc ſeueritas iudicis. q̄
nec ṽbis poterit exprimi: nec mēte cogitari Omnia em̄
iudicia ab inicio mūdi ſup humanum gen⁹ habita ſunt
tanq3 ſtille et ſcintille reſpectu furoris dn̄i: quem in hoc
iudicio exercebit. Ecce q3 diſtrict⁹ veniet ad iudicium.
qui mitis reſurrexit ꝛ ad celum aſcendit. Un̄ grego. in
omelia ſup illud iohan. xx. Thomas vn⁹ ex duodecim q̄
dicit̄ didim⁹ ſic ait. Frēs vitam veſtrā moreſq3 cōponi-
te. ꝛ is qui mitis reſurrexit a mortuis: q3 ſtrict⁹ in iudi-
cio veniet preuidete. Certe in die tremēdi examinis ſui
cū angelis ꝛ archāgelis. cū thronis ꝛ dn̄ationib⁹. cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

pͥncipatibꝰ ⁊ poteſtatibꝰ apparebit. celis ⁊ terris ardē
tibus: cunctiſqꝫ elemētis in obſequij ſui terrore commo
tis. Hūc ergo tanti pauoris iudicem añ oculos veſtros
ponite. hūc venturꝫ timete vt hūc venturꝫ nō timidi ſꝫ
ſecuri videatis. Timēdus eſt ergo modo. ne tūc timeat̃
Terror eiꝰ ad vſum bone actiōis nos exerceat. metꝰ illi
us vitam nrām a prauitatibꝰ compeſcat. Certe ſi aliq̇s
veſtrꝫ cum ſuo aduerſario cām dicturꝰ in iudicio die cra
ſtina eſſꝫ exhibendꝰ totam fortaſſe noctem inſomnē du
cēt q̇d ſibi dici poſſꝫ. quid obiectionibꝰ reſponderet ſecū
ſollicita ⁊ eſtimanti mēte v̄ſaret. vt iudicem inueniret
aſperum vehementer metueret et noxius apparēt for-
midaret. Et q̇s ego· aut q̇d ego Nimirū non lōge futu
rus poſt hōiem vermis: poſt vermē puluis. Si ergo tā
ta cura ꝑtimeſcit̃ iudicium pulueris q̄ intentiōe cogitā
dum eſt. q̄ formidine p̄uidendū eſt iudiciū tāte maieſta-
tis. Hec omnia idem vbi ſupra Sūt ⁊ q̄dā alia p̄dictam
ſentētiam grauātia Primū videlꝫ q2 ibi nō eſt ꝑtās re-
ſiſtēdi. Sapiētie. xi. Virtuti brachij tui q̇s reſiſtet. Et
yſa. xiiij. Quis reſiſtet iudicio tuo Vere nullꝰ poteſt re
ſiſtere: ſꝫ oēs generalit̃ oportet cōparē: ac ſniām ſummi
iudicis ſiue velīt ſiue nolint corā angel' exſpectare Ipſe
eñ loquit̃ ꝑ yſaiam. xlvij. ad pctōrem condemnādum in
hec v̄ba Reuelabit̃ ignomī tua. ⁊ videbit̃ obprobriū tu-
um. Ultionem capiam ⁊ nō reſiſtet mihi hō Vñ iob ix
Deꝰ cuiꝰ ire reſiſtē nemo p̄t. Nā ſi fortitudo q̄rit̃ robu-
ſtus ē Vñ heſter. xiij. Dñe deꝰ rex oīpotēs in dcōne tua
cuncta ſunt poſita ⁊ nō eſt q̇ poſſit reſiſtē volūtati tue
Tu eñ feciſti celū ⁊ terrā. ⁊ q̇cq̇d celi ambitu continet̃
dñs oīm tu es: nec eſt q̇ reſiſtat maieſtati tue. Iſte ē ma
gnꝰ dñs. ⁊ fortꝫ ⁊ potēs: cꝰ magnitudis ⁊ potētie nō eſt
nūerꝰ neqꝫ finis Nullū etiā q̄ntūcūqꝫ magnū ipe tiebit
Sap. vi. nō vebit̃ dñs magnitudinē cꝰqꝫ: qm̄ puſillū ⁊
magnū ipe fecit Oēs eñ ſubiecti erūt pedibꝰ eꝰ ⁊ tiebūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

ipſum in die illa vehemēter. Nam ſicut dr Ezechi. vij:
In die iudicij ⁊ furoris dn̄i rex lugebit: ⁊ princeps in-
duet merore. Item Apoca. vi Reges terre ⁊ pricipes
et tribuni ⁊ iudices diuites ⁊ fortes ⁊ omnis ſeruꝰ ⁊ li-
ber abſcondēt ſe in ſpelūcis ⁊ in petris mōtium Et di-
cēt montibꝰ. Cadite ſuꝑ nos ⁊ abſcōdite nos a facie ſe-
dentis ſuꝑ thronū. ⁊ ab ira agni: qm̄ venit dies magnꝰ
ire. Et ibidem xviij. Flebūt ⁊ plangēt reges terre qui ī
babilone fornicati ſunt. ⁊ in delicijs vixerūt cum vide-
rint fumū incendij eiꝰ. lōge ſtantes ꝓpter timorem tor
mentoꝝ Certe tūc erit tribulatio magna qualis nō fu
it ab inicio mūdi. vſqꝫ modo. Ut dr math. xxiiij. Secun
dum eſt ꝙ dictam ſentētiam aggrauat qr non eſt ibi lo
cus peccatoribꝰ ſe abſcōdendi ſeu occultādi. Nam vt di
cit beatꝰ anſelmꝰ Latere tūc erit impoſſib le. ⁊ apparere
intolerabile Un̄ iob. xxxiiij. Nō ſunt tenebre. ⁊ nō eſt
vmbra mortis ibi vt abſcōdant qui operant iniquita-
tem. Item bernardꝰ in ſermone. Audi ſtabūt ante tri-
bunal chriſti. vt audiāt vocē iudicij qui obturauerunt
aures ſuas ad vocem cōſilij Ut ſuperiꝰ allegatum eſt.
Cariſſime hūc diem time. hūc dn̄m ⁊ iudicem oīa iudi-
catuꝝ cordialiter expaueſce. vt eo diligentiꝰ poſſis pctā
deuitare. Nam vt dr eccī. i. Timor dn̄i expellit peccatū
Et alibi. In timore dn̄i omnis homo declinat a malo.
Tercium eſt qđ dictam ſentētiam aggrauat. qr non eſt
ibi locꝰ ad alium appellādi nec ſpacium appellādi. Un̄
pſal. Quo ibo a ſpū tuo: ⁊ quo a facie tua fugiam. Si a
ſcēdero in celū tu illic es: ſi deſcēdero ad infernum ades.
Unde dr dominꝰ de peccatore Amos. ix. fugiēt ⁊ nō ſal
uabit ex eis qui fugerit ſi deſcēderint vſqꝫ ad infernum
inde manꝰ mea educet eos. Et ſi aſcēderint vſqꝫ ad celū
inde traham eos. ⁊ abſcōditi fuerint in vertice carmeli
inde ſcrutās auferam eos Et ſi celauerint ſe ab oculis
meis ī fundo maris. ibi mādabo ſerpēti ⁊ mordebit eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis ibi mandabo gladio ⁊ occidet eos. ⁊ ponam oc̄los meos ſuper eos in bono ⁊ in malo. Et ergo iob. x. dn̄s omnia iudicaturus ſic dt Nō eſt qui de manu mea poſſit eruere Certa ſunt plane video vbiq̄ȝ nos inueniet manꝰ omnipotētis. Vn̄ autor de curru anime. Quid facies diues nuſquam tutus bene viues. Quo te cōuertes quo curſum perdite vertes. Quo vertes curſum non tutus es hic neq̄ȝ ſurſum. Si miſer aſcēdis celos vel ad infera tēdis. Imperat in celis ferus eſt vel ad īfera telis. Si mare queratur rex iſte mari dominat᷑. Nuſquam tutꝰ eris ſed vbiq̄ȝ repertꝰ haberis. Vere vere ita nullibi patebit fuga vel in morte nec in vita. O q̄ȝ bene aduertebat hec beatꝰ eleaſarus qui ſic inquiens dicebat. Manꝰ omnipotentis neq̄ȝ viuꝰ neq̄ȝ defunctus effugiam vt habetur. ij. machabeoꝝ. vi. Ex dictis igitur patet multiplicit᷑ q̄ȝ finale iudicium erit omnibꝰ metuendum. ⁊ hoc ꝑpter accuſationem plurimoꝝ ibi ſuſtinēdam. Et ꝑpter rationem vniuerſoꝝ generaliter reddēdam Et ꝑpter diffinitiuā ſentētiam tūc a iuſto iudice horribiliter ꝑferēdam. Huiꝰ ergo memoria preſeruat non īmerito quemlibet a peccatis

¶ Sequūtur exēpla de ſecūdo nouiſſimoꝝ

De extremo iudicio.

Legit᷑ i libro de ortu carthuſiēſiū q̄ȝ quidā doctor ꝑcipuus. ⁊ vita vt videbatur ⁊ fama doctrina ⁊ ſapientia inter omnes doctores pariſiēſes excellēter honoratꝰ ⁊ mirabilit᷑ gracioſus graui et vltima infirmitate ꝑuentus nō diu decumbēs diem clauſit extremū. Cūq̄ȝ tota die illa qua defunctꝰ eſt more pariſiēſi in aula funē in feretro decumbēte fuiſſent cātata officia defunctoꝝ. in craſtino mane cōgregata ibidem vniuerſitate pariſiēſi tam ſcholarium q̄ȝ doctoꝝ vt tam honorabili viro ſolemnis ⁊ venerabis ꝑberet᷑ funeralis officij ſepultura Cum igit᷑ re-

uerẽdi viri feretrum in quo funꝰ iacebat eleuare vellẽt
ad ecciam deferẽdum ſubito cũctis ſtupentibꝰ qui mor
tuꝰ videbať ⁊ erat eleuato capite reſedit in feretro ac oĩ
bus audientibꝰ alta ⁊ terribili voce clamauit Juſto dei
iudicio accuſatꝰ ſum Et hoc dicto caput depoſuit ⁊ decu
buit mortuꝰ ſicut prius Qua voce cuncti attoniti ⁊ ter
riti deliberauerunt ipſum illo die nullo modo fore ſepe
liendũ ſꝫ vſqꝫ ad craſtinũ reſeruãdum Mane ergo ſeqñ
ti cum multitudo magna cõueniſſꝫ. dictumqꝫ funꝰ ſicut
prius vellẽt ad ecciam deportare. defunctꝰ ſicut priꝰ ele-
uato capite doloroſa ⁊ terribili voce intonuit Juſto dei
iudicio iudicatꝰ ſum. Quam vocem multitudo audiens
et intelligẽs ſtupuit plusqꝫ prius. Et alterutꝝ interro
gantes quid ſibi vellent tam inſoliti ⁊ inexperti defun
cti clamores. adhuc determinauerunt ipſum niſi in alio
craſtino nullatenꝰ tumulãdũ Tercia vero die cum ꝓp
ter iſta ꝓdigia fere tota ciuitas cõueniſſꝫ ⁊ funꝰ cunctis
ꝑꝑatis ad tumulũ vellẽt deportare defunctꝰ ſicut pri-
us iam tercio altiſſima ⁊ meſtiſſima voce ꝑſonuit Ju-
ſto dei iudicio ꝯdemnatꝰ ſum Qua horribili ſentẽtia au
dita q̃ſi omnes immẽſo fuerũt timore ⁊ tremore ꝑculſi
certi facti de cõdemnatiõe tãti viri qui inť alios videbať
honeſtate vite claritate fame dignitatis excellẽtia ⁊ mľ
tiplici ſcia ⁊ ſapia ꝑ̃fulgere. Ea tempeſtate erat ibi ma-
giſter bruno doctor famoſus. natione teutonicꝰ de colo-
nia nõ obſcuris parẽtibꝰ natus. ecclſie etiam remẽſis ca
nonicꝰ ⁊ ibidem ſcholarium magiſter qui ſupradictis vo
cibꝰ ſalubriter territꝰ atqꝫ cõpunctꝰ allocutꝰ eſt quoſdaꝫ
ſocios ſuos ibi pñtes. infraſcriptis vel ſimilibꝰ verbis
dicẽs. Eia cariſſimi ꝗd faciemꝰ Omnes ſimul perimus
non ſaluabimur niſi qui fugerit. Si ĩ viridi hoc ſit ĩ ari
do quid fiet. Si homo tãte dignitatis tante litterature
tãte ſcie. qui videbať tam honeſte vite qui erat tam cele
bris fame ſic indubitãter eſt damnatꝰ quid nos miſeri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

homũculi faciem⁹. Si lugubri voce vni⁹ homuncionis tam horribili ac ſtupendo timore ac tremore concuſſi ac ſtupefacti ſum⁹ quid faciem⁹ cum rugitus leonis cũ extremi iudicij tuba in aures noſtras ꝑcrebuerit cum omnes audierimus Surgite mortui venite ad iudicium. Quomodo in tam horribili iudicio vbi columne celi cõtremiſcent. ⁊ angeli terrebuntur ⁊ territi cogentur apparere Ubi tũc latebim⁹ Impoſſibile erit latere intollerabile apparẽ Fugiam⁹ igitur a facie gladij preoccupemus faciem dñi in cõfeſſione Uenite adorem⁹ ⁊ ꝓcidamus ante deum plorem⁹ coram dño qui fecit nos Poſt ꝙ igit̄ vocem ei⁹ audiuim⁹ non obdurem⁹ corda noſtra ſed exeam⁹ de medio babilonis egrediamur pentapolim igne ⁊ ſulphure iam ſuccẽſam. ⁊ exemplo beati pauli heremite ⁊ beati anthonij arſenij euagrij ⁊ alioꝝ ſanctorũ cum beato iohãne baptiſta antra deſerti queram⁹ in mõtibus nos ſaluos faciam⁹ vt eterni iudicis iram ⁊ ſentẽtiam damnatiõis eterne euadam⁹ ⁊ peruenire poſſim⁹ ad portum ⁊ trãquillitatem ſalutis eterne His ⁊ ſimilibus ꝟbis ⁊ ſentẽtijs ſeipſum ⁊ quoſdã ſocios alloquẽs et exhortãs Deliberauerũt ipſe ⁊ ſex alij viri probi ſecũ abrenũciare mũdo ⁊ omnib⁹ pompis eius ⁊ ad ꝑfectam penitẽtiam peragẽdam heremi deſerta cõpetentia querẽ: ⁊ ibidem relictis omnib⁹ delicijs diuitijs ⁊ honorib⁹ hui⁹ mundi accipe ſinguli cruces ſuas ⁊ nudum chriſtũ nudi per artam viam ſequi ⁊ latam ac ſpacioſam deſerere que amatores ⁊ ſectatores mundi perducit ad ſupplicia damnatorum. Et quia audierãt famam ſanctitatis ſancti Hugonis epiſcopi gracianopolitani qui pri⁹ aliquo tempore eiuſdez magiſtri brunonis in ſcholis ſocius credidit extitiſſe ſpũſancto inſpirãte ſimul ad ſanctum epiſcopum memoratum accedere decreuerunt et eiuſdem cõcilium ⁊ auxilium requirere vt in eius dioceſi quam audierãt multis deſertis montib⁹ abundare lo

cum congruū obtinerent in quo ſuū ſanctum ac ſalu‑
bre ꝓpoſitum poſſet effectum mancipare Septem igi‑
tur ſaucti viri infraſcripti prefata de cauſa ad p̄dictum
ſanctum epiſcopū duce ſancto ſpū peruenerunt Et vt
vtar omnino verbis ſcriptis in legenda vite ſancti hu
gonis epiſcopi memorati per ſummū pontificē innocē
tium qui eū canonizauit approbata ⁊ cōfirmata adeſt
magiſter bruno vir religioſus ſciētiaqꝫ famoſiſſim⁹ ho‑
neſtatis ⁊ grauitatis ac totius maturitatis quaſi quod
dam ſimulachrum Habebat autem ſocios magiſtꝝ lau
duinum qui poſt eum extitit prior carthuſie: ⁊ duos ſte
phanos hij ſancti rufi canonici fuerūt ſed deſiderio vi‑
te ſolitarie eis ſeſe cōiunxerūt hugonem quoqꝫ quē cog
nominabāt capellanum eo ꝙ ſol⁹ ex ipſis ſacerdotis offi
cio fungeref duos quoqꝫ laicos quos appellam⁹ cōuer‑
ſos andream ⁊ garinum Querebāt autem locum here
mitice vite cōgruū necdumqꝫ repperāt. Hac igitur ſpe
ſimul ⁊ ſuaui ſancte cōuerſationis odore trahente vene
runt Quos epiſcopus non ſolum gratanter ſed ⁊ reue
renter ſuſcepit ⁊ tractauit ⁊ voti compotes fecit Ipſo
namqꝫ conſulente iuuante ⁊ cōmunicante carthuſie ſo
litudinē intrauerūt atqꝫ extruxerūt anno domini mil
leſimo octuageſimoquarto. epiſcopat⁹ vero dicti ſancti
hugonis quarto viderat autem prefat⁹ ſanctus epiſco
pus circa idem tempus per ſomnum in eadem ſolitudi
ne deum ſue dignationi habitaculum cōſtruentem ſep
tē etiā ſtellas itineris ſibi ducatū preſtātes erāt vero hi
ſeptē Quapropṫ nō iſtoꝝ tm̄ ſꝫ ⁊ ꝗ ſucceſſerūt eis cōſi
lia libēter amplex⁹ eſt ⁊ vſqꝫ ad mortē carthuſie habita
tores cōſilijs ſemꝑ ⁊ benefitijs fouit. licet vero ⁊ primi
tus diuini amoris totus arderet incendijs nō aliter tm̄
ad diſcipline celeſtis exercicia eorū exēplis ac familiari
tate inferbuit q̄ꝫ ſi flāmanti quis faci plures alias circū
ponat ardētes. Erat autem ⁊ cum eis non vt dn̄s aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

epiſcopꝰ ſed vt ſeruꝰ ⁊ frater humilimꝰ ⁊ ad cunctorum
quãtum in ipſo erat obſequia ꝑatiſſimꝰ. adeo vt vir ve-
nerabilis wilhelmꝰ tunc prior ſancti laurẽtij poſtea ſci
theofridi abbas magiſtro brunoni etiam ipſe religioſa
deuotiõe nõ mediocriter alligatꝰ beati hugonis cõtuber
nalis bini quippe tũc ꝑ ſingulas habitabãt cellas apud
magiſtꝝ brunonem nõ leuiter cõquereꝝ ꝙ pene omnia
ad humilitatem ſpectãtia intra cellulã ſibi patri paret
officia ⁊ epũs nõ ſaltem ſecum vt ſociꝰ ſed potiꝰ cõuerſa
reꝝ vt famulꝰ Intantũ autem heremũ deuotꝰ incolebat
et ſedulꝰ vt eum magiſter bruno nõnunq̃ꝫ exire compel
leret dicẽs Ite ad oues veſtras ciſqꝫ qđ debetꝭ exſoluite

Aliud

Refert doctor iacobꝰ carthuſiẽſis in libro de pctis mẽ
talibꝰ criminalibꝰ Duo frẽs religioſi honeſte cõuerſati
onis ſe mutuo cordialiter dilexerũt inꝰ quos vnꝰ mor-
tuꝰ alteri apparuit in orõne ꝓcumbẽti Quem viuꝰ vi-
dẽs in vili habitu ⁊ vultu meſto inq̃ſiuit cur ſic appare
ret Rñdit defunctꝰ tribus vicibꝰ dicens Nemo credit.
nemo credit. nemo credit. Queſiuit viuꝰ quid eſſet qđ
nemo credit Reſpõdit defunctus q̃ꝫ diſtricte iudicat de
us ⁊ q̃ꝫ ſeuere punit His dictis diſparuit ⁊ viuẽtez fra
trem magno timore cõcuſſum dereliquit

Aliud

Quidam rex fuit magnꝰ ⁊ glorioſus ⁊ factũ eſt proce-
dẽte illo in curru deaurato cum regali obſequio obui-
aſſe illi duos viros attritis ⁊ ſordidis indutos veſtibꝰ
attenuatas macie ⁊ pallidas facies habẽtes. vt ergo rex
vidit illos deſiliẽs cõfeſtim de curru ⁊ in terram proci-
dẽs adorauit ⁊ ſurgẽs amplexꝰ eſt eos affectuoſe oſcu-
lãs Magnates vero illiꝰ ac ꝓceres de hoc indignati ſũt
arbitrãtes eum feciſſe indigna regali gloria nõ tamen
auſi in faciem illum reprehẽdere germano fratri eiꝰ ſug
geſſerũt vt ei loquereꝝ ne tãte excellẽtie diademati tam

tam inferat cõtumeliam Qui cum fratri iſta diceret et
eiꝰ humiliationez rep̄hēderet ei rex reſpõſum dedit qđ
tamē ille nõ intellexit. Conſuetudo autem erat illi regi
quādo ſentētiam mortis cõtra aliquem dictabat p̄conē
ſuū ante ianuā illiꝰ cum tuba huic officio deputata mit
tere. Cuiꝰ voce omnes cognoſcebant mortis reum eſſe.
Veſpere igiť veniēte miſit rex bucinam mortis tubici
nare añ ianuam fratris ſui. Quam cum audiſſꝫ ille de
ſalute deſperās tota nocte ſua diſpoſuit ac ſummo dilu
culo nigris ⁊ lugubribꝰ indutus veſtibꝰ cum vxore ⁊ fi
lijs pergit ad fores palacij flens ⁊ lugēs . Quem rex ad
ſe ingredi fecit ⁊ videns eum lugētem ait. O ſtulte ⁊ in
ſipiens ſi tu ſic timuiſti preconē germani fratris tui ad
uerſus quem te nihil deliquiſſe cognoſcis. quõ mihi rep̄
henſionem intuliſti qꝛ in humilitate ſalutaui ⁊ oſculatꝰ
ſum p̄cones dei mei ſonorabiliꝰ tuba mortem mihi ſigni
ficātes ⁊ terribilē dñi occurſum cui multa ⁊ magna me
ipſum peccaſſe cõſcius ſum. Ecce deniqꝫ tuam arguens
inſipiētiam iſto vſus ſum mõ. Nūc vero ⁊ illoꝝ qui te
miſerūt ad mei rep̄henſionem ſtulticiam arguē curabo
et ita frēm inſtructum remiſit domū precepit autē fieri
de lignis quattuor arcellas et duas quidē vndiqꝫ auro
cooptas oſſaqꝫ mortuoꝝ putētia mittens in eis aureis
obſerauit ſeris. Alias vero duas pice ⁊ bitumine lini-
ens repleuit lapidibꝰ precioſis ⁊ ineſtimabilibꝰ margari
tis ⁊ omniū vnguentoꝝ odoribus funiculiſqꝫ cilicinis
aſtrinxit: deinde accerſiri fecit rep̄henſores ſuos magna
tes ſcꝫ illos ⁊ p̄ceres ⁊ poſuit añ eos q̄ttuor ipſas arcel
las vt eſtimarēt quāto quidē iſte quāto vero illo precio
ſint cõdigne Illi vero deauratas magni p̄cij iudicauerūt
Expedit eñi inquiūt regalia diademata poni. Que vero
illinite pice ⁊ bitumine erāt vili quodam ⁊ exili precio
diguas dixerūt. Rex autem dixit ad illos. Sciebam et
ego talia vos dicturos exterioribꝰ enim oculis exterio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

ra cernitis. ⁊ tamē non ita oporteret facere. ſz internis
oculis intrinſecꝰ repoſita expedire ſiue honorem ſiue cō
tumeliam. Et mox p̄cepit vt aperirent arcelle deaurate
ex quibꝰ reſeratis dirꝰ fetor exalauit ⁊ fetidiſſimꝰ viſus
eſt aſpectꝰ Ait ergo rex Iſte typꝰ eſt eoꝝ qui ſplendidis
quidem ⁊ glorioſis induūtur veſtibus ⁊ potentia elati
ſunt ſz intrinſecus mortuis maligniſqꝫ operibꝰ referti
ſunt. Deinde picatas bituminataſqꝫ precipiēs diſſolui
et aperiri ⁊ cunctos qui aderāt letificauit eorū que intꝰ
erāt ſplendore ⁊ odore. Tūc ait ad illos Scitis quibus
ſimilia ſunt iſta Humilibꝰ illis qui vilibꝰ operti erāt ve
ſtimētis quoꝝ vos exteriorem attēdentes habitum cō-
tumeliam putatis meam añ faciem eoꝝ in terra adora-
tionem Ego vero intellectualibꝰ oculis reuerētiam illo
rum ⁊ decorem cōſiderās animaꝝ glorificatꝰ quidem eo
rum tactu omni corona ⁊ regali vniuerſa purpura p̄ci
oſiores iſtos exiſtimaui Illos igit̄ cōfundens docuit ne
errarēt in his que foris apparerēt ſz interna attēderēt

Item aliud ex libro apum

Magiſter ſymon de tornaco pariſius in theologia re-
gebat. Et erat excellens doctor ille ſuo tempore ſed con
tra decētiam talis officij incontinens et ſuperbus Hic
cum ſuper omnes doctores ciuitatis auditores haberet
et in ſchola coram omnibus de humilitate altiſſime do-
ctrine chriſti queſtionem diſputatione prehibita termi
naret in fine tandem in reprobum ſenſum in execran-
da contra chriſtum, blaſphemie verba prorupit. Tres
ſunt inquit qui mundum ſectis ſuis ⁊ dogmatibus ſub
iugarunt. moyſes chriſtus ⁊ machometus Moyſes pri
mo iudaicum populum infatuauit. Secundo chriſtus
a ſuo nomine chriſtianos. Tercio gentilem populum
machometus. Nec mora euerſis oculis ſcilicet pro hu
mana voce horribilem. mugitum emiſit et. epilentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

ſtatim eliſus in terram die tercio eiuſdem morbi mor-
tem accepit plaga ergo inſanabili per cuſſit eum omni-
potēs ⁊ omni ſciētia vſqꝫ ad prima litteraꝝ elemēta pri
uauit. ſꝫ grauiori in anima cum hac plaga ꝑcuſſus eſt.
Tum vſqꝫ in diem mortis ſue quaſi mutꝰ compatꝰ eſt
iumētis inſipientibꝰ ⁊ in luxurie fedita te ꝑmāſit Et vi
de ſumme ammiratiōis miraculum Aleydem fornicari
am cōcubinam ſuam nomīare poterat ⁊ ſciebat Boeci
um vero de trinitate qui iuxta eum ad ſpectaculum po
nebat quem olim cordetenꝰ ſcierat poſt inditam plagā
nec nomīare nouerat nec valebat Nō trāſgrediarꝭ er-
go terminos cōſtitutos et pium modū ſemꝑ habeas in
ſcripturis ¶ Aliud ex libro apum
Iuuenis quidā in theutonie partibꝰ ex ſanguine princi
pum pleniſſime generoſus ſꝫ moribꝰ ⁊ vita degener epi
ſcopatū male functꝰ accepit Qui rapinis ⁊ luxurijs ve
recūde primo ſꝫ inuerecūdiſſime poſtmodū operam de
dit Caſtigauit autē eum dominꝰ flagello multiplici ſed
cum abuteret eo in ſuꝑbiam dedit eum dn̄s in mortem
reprobam Qua in hora venerabilis conradꝰ deo dignꝰ
hildemēſis epiſcopꝰ ad matutinas intēpeſte noctis ſilē
tio ſurrexerat illiſqꝫ dictis reſederat ad ſtudium factu-
rus in die ſermonem Nec mora raptꝰ in ſpū vidē ſe vi
ſus eſt epiſcopū quendā velata facie ſꝫ infal' inſignituꝫ
ad tribunal iudicis rapi Mox aſſunt truci vultu ſatel-
lites accuſant epm̄. vnꝰ in rapina aliꝰ in cede hoīm atqꝫ
alij in luxurijs lubricātem Tunc iudex aſſeſſoribꝰ ſuis
ait Accuſate diſcutite librate iudicium ferte ſentētiam
nec mora aſſeſſores parāt iudici ferūt in cōmune ſentē
tiam iudex approbat latam Accedūt miniſtri ſupra fu
liginem nigriores ⁊ ablata mitra de capite anulum ca-
ſulam dalmaticam ac reliqua epiſcopalia indumēta de-
tracta. ad pedes iudicis deponūt. nudumqꝫ relictum cū
clamore rapiunt eiulātem et a facie iudicis trahunt ad

tartara nihil ſecum preter peccata portãtem Mox aſſeſ
ſores iudicis ſurgũt ꝛ cum cantu ſonoro ſubiungunt.
Dum temp⁹ habem⁹ bonum ad omnes operemur. His
viſis in ſpũ dict⁹ hildemẽſis epiſcop⁹ in ſe reuerſus co
gitare cepit quiſnam fuerit ille miſerabilis pſul Tum
ecce quidam ad oſtium pulſans intromiſſus eſt cum la
chrymis clamãs talem epiſcopum in proxima villa ve
niſſe de veſpere ꝛ ſub eadem noctis hora veſptina mor
te ſubtractum. Quo audito. ſanct⁹ preſul miſerrimo il
lo defuncto cõdoluit ꝛ licet inaniter quãtum ad ſubuẽ
tionem ꝑ pietate tamẽ lachrymas amariſſimas fudit.

Ex ceſario

Ante ãnos paucos rome quidam cardinalis defunct⁹
eſt nomine iordan⁹. qui quondam de ordine ciſtercienſi
aſſumpt⁹ ſed vita ordini in eo minime ꝯcordabat Erat
enim auar⁹ valde ſicut a quodam abbate audiui. Habe-
bat autem notarium quẽdam noĩe pandolphũ Hũc cũ
pro quodam negocio neſcio quo miſiſſet interim exſpi-
rauit Eadem hora cum ille expleto negocio rediret ma-
ne añ lucem cateruam miſerabilem in agro cõtemplat⁹
eſt. Sedebãt hoĩes in iumẽtis ĩ ore caudas habẽtes ver
ſis dorſis ad capita illoꝝ. Quos iordan⁹ cardinalis cu-
culla indut⁹ nudis pedib⁹ ſequebat̃ duobus demonib⁹ ſe
ducẽtib⁹ In quoꝝ aſpectu dum notari⁹ nimis horreret
clamauit cardinal' Pandolphe pandolphe Subſiſtente
clerico ꝛ dicẽte Quis es aut q̃d clamas: Reſpõdit ille.
Ego ſum iordan⁹ dñs tuus ꝛ mortu⁹ ſum. Dicẽte illo
quo ducimini: ille rñdit Ante tribunal chriſti Et ille:
Noſcis q̃d de vobis ſit futuꝝ Nõ noui inq̃t de⁹ ſcit ſed
cũ illic venero beat⁹ petr⁹ de cardinalatu meo ꝑ me red
ditur⁹ eſt rationem ſanct⁹ vero benedict⁹ de cuculla ꝙ ſi
illam inde obtinere poterit ſaluabor ſin autem damna-
bor Sicq̃ꝫ oculis eius ſubtractus eſt
Sunt ibi tortores ſerpentib⁹ horridiores. deformes ni-

gri ſed non ad vbera pigri. nunꝗ laſſantur ſed ſemꝑ ad
hec renouantur
Chriſoſtimus ꝗ amaꝝ erit in iudicio ſeꝑari a viſione
dei Si mille mihi iehennas ꝓponas non tantum repu⸗
to ſicut ab illius glorioſe iocūditatis ſocietate expelli et
exoſum fieri creatori
Idem ad demetriadem ponamꝯ ante oculos
¶ Auctoritates ſcoꝝ de iudicio extremo
Gregoriꝯ Penſate frēs cariſſimi añ cōſpectum tāti iu
dicis quis ī illo die terror erit quādo iam in pena reme
dium nō erit. Que illa confuſio cum reatu ſuo exigēte
cōtinget in cōuentu omnium hominū angeloꝝqꝫ eru⸗
beſcere. Quis eum pauor quem ⁊ trāquillum mens cor
pore nō valet etiam iratum videre. quem bene ſophoni⸗
as deſcribit dicēs. dies ire dies illa dies tribulationis et
anguſtie dies calamitatis ⁊ miſerie dies tenebrarum et
caliginis. dies nebule ⁊ turbinis. dies tube ⁊ clangoris:
Penſate fratres extremi diem iudicij ſuꝑ corda repro
borum qua aſperitate ꝓpheta vidit amareſcere quē tot
appellationibꝯ non valet explicare
in pſalmiſ.Juſti epulent̄ ⁊ exultēt in cōſpectu dei ⁊ de-
lectent̄ in leticia. Jtem yſa.xxxv. Gaudium ⁊ leticiam
obtinebūt:⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus Vn̄ apoca.xxi.Ab
ſterget deꝰ omnem lachrymam ab oculis eorū: ⁊ mors
vltra non erit neq; luctꝰ neq; clamor neq; dolor erit vl-
tra qm̄ prima abierūt.Jtem yſa.xxv.Aufert deꝰ omnē
lachrymā ab omni facie.⁊ opprobrium populi ſui aufer
ret de vniuerſa terra.⁊ dicēt in die illa.Ecce deꝰ noſter
exſpectauiꝰ eum exaltabimꝰ ⁊ letabimur in ſalutari eiꝰ.
O quāta leticia quādo non ſolum in anima ſ; etiam in
corpe fuerit gloriandum.Yſa.lxi. Jn terra ſua duplicia
poſſidebūt Et Prouer.vltimo Omnes domeſtici eius
amicti ſunt duplicibꝰ id eſt duabꝰ ſtolis quarum vnam
ſc; anime iam poſſidēt. ⁊ reliquam ſc; corpis exſpectāt
accepturi.Jtem quādo nō ſolum erit eis gaudium de bo
nis operibꝰ ꝓpriis:ſ; etim de meritis ſingulis omnium
beatoꝝ.Vn̄ dicit dominꝰ hiere.xxxij.Habitare eos faci
am cōfident:⁊ erūt mihi in populum ⁊ ero eis in deum
et dabo eis cor vnum ⁊ aīam vnam.nō vnitate ſubſtan
tie:ſed vinculo caritatis.Ecce cariſſime ſi aīa martyris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

cōfeſſoris vel ꝟginis ⁊ anima tua tūc erant vna.conſe-
quēs videt ꝙ illoꝝ gaudium etiam erit ⁊ tuū. Simile
eſt de anima apoſtoli vel cuiuſlibet alteriꝰ ſancti. Hinc
grego. dt Tanta eſt vis caritatis.omnia ſociat vt bo-
num qđ quis in ſe nō ſuſcipit: in alio gaudeat accepiſſe.
Certe illud admirādum ⁊ multiplex gaudiū in cor ho-
mis non aſcēdit.Et ergo quilibet totꝰ ipſum gaudium
introibit: ⁊ ſic gaudium ſuū plenum erit. Nam intꝰ et
extra.ſubtꝰ ⁊ ſupra īmo circūquaqꝫ mirabilit̄ gaudebit:
intꝰ de puritate cōſciētie.extra de corpis glorificatione.
ſubtꝰ de celo ⁊ aliaꝝ creaturarum pulchritudīe ⁊ inuo-
catiōe.ſupra de dei viſiōe ⁊ circūcirca de angeloꝝ ⁊ oīm
ſanctoꝝ iocūditate ⁊ delectabili aſſociatiōe. Uere vere
vere nemo poteſt cogitare quātum erit exultare tūc in
celis habitare ⁊ cum angelis regnare. Et ergo bene di-
cit̄ mathei.xxv. Intra in gaudium domini tui.intra in
hoſpicium gaudiȷ̄.nam nō poterit intrare cor tuum de
immēſitate gaudioꝝ celeſtium. Sic dt beatꝰ bernardus
in libro meditationū ſuaꝝ. Ibi totum leticia.totum ex-
ultatio poſſidet.hominesqꝫ angelis ſociati ſine vlla car-
nis infirmitate imperpetuū manebūt iocūditas infini-
ta.beatitudo ſempiterna. in qua qui ſemel ſuſcipit̄ ſemꝑ
tenet̄ ibi requies a laboribꝰ.pax ab hoſtibꝰ. amenitas de
nouitate.ſecuritas de eternitate. dulcedo ⁊ ſuauitas de
dei viſione.Et quis illic habitare vehemēter non deſide-
at ⁊ ꝓpter pacem ⁊ ꝓpter amenitatem: ⁊ ꝓpter eterni-
tatem: ⁊ ꝓpter dei viſionem. Item dt alibi adhuc idem
bernardꝰ. Tanta eſt iocūditas ⁊ ſuauitas illiꝰ patrie ce-
leſtis ꝙ ſi nō liceret ibi eſſe niſi ꝑ vniꝰ hore ſpacium om-
nes dies huiꝰ vite pleni delicijs merito cōtemnerentur.
Cui cōparata omnis aliunde ſuauitas dolor eſt: omnis
iocūditas meror.omne dulce amaꝝ.omne decoꝝ fedum
et omne aliud quicqđ delectare poſſꝫ moleſtum cum dei
bonitas in infinitum excedat omnem aliam bonitatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

ipſum deum facie ad faciem videbit. ⁊ cognoſcet eum ſi
cuti eſt ſcd̓m eſſe diuinum qd̓ erit gaudium excellẽtiſſi-
mum: fons ⁊ origo omnium gaudiorū. Hinc eſt qd̓ ber
nard9 dicit in ſermone. Reuera illud eſt verꝫ ⁊ ſummū
gaudium qd̓ nō de creatura: ſ3 de creatore cōcipit̃ quod
vtiqꝫ fiet quādo tibi faciem ſuam oſtẽderit. Et ergo pro
pheta exoptādo dicit. Faciem tuam domine requirā Fa-
ciem inquam gratioſam omnib9 gaudijs plenā. Heu mi
hi q2 incolat9 meus ꝓlongat9 eſt q̄ꝫdiu carebo tāto bono
et vſquequo ſic ſubtrahor a deo ſaluatore meo. Fuerūt
mihi lachryme mee panes die ac nocte dum dicit̃ mihi
cotidie vbi eſt deus tu9. Quādo videbo ⁊ apparebo ante
faciem dei mei q̄ letificat me in gaudio cum vultu tuo.
Vere hec viſio qua de9 facie ad faciem videt̃ tercium ce
lum eſt. Et ſi dici poteſt paradiſus eſt centū milium pa
radiſorꝫ. Ubi ex fonte limpidiſſimo ⁊ ex aqua viua ſic
vita labit̃ beata. Hinc eſt qd̓ ſcribit̃ Yſa. lx. Tūc videbis
ſupple faciem dei ⁊ afflues delicijs ⁊ gaudijs ſempiter-
nis ⁊ mirabit̃ ⁊ dilatabit̃ cor tuū. O q̄ꝫ bon9 iſrahel deus
his q̄ recto ſunt corde q̄ tot ⁊ tāta gaudia ipſis q̄ſi gra-
tis vult cōferre. O amice predilecte. Jlla libēs audis et
ad hec pia gaudia gaudes Nō tamē ignores ꝑ magnos
iſta labores. Sanctis acquiri nec fortuitu repiri Unde
grego. in omelia Delectat mētem magnitudo premiorꝫ
ſed nō deterreat certamē laborꝫ. Ad magna em̄ premia
peruenir i nō poteſt niſi ꝑ magnos labores Un̄ paulus
egregi9 p̄dicator d̓t. Nō coronabit̃ niſi qui legitīe certa
uerit: vnuſquiſqꝫ em̄ ꝓpriam mercedez accipiet ſcd̓m ſu
um laborem. S3 pleriqꝫ ſunt qui nolētes bene viuē: ta-
mē deſiderāt bene mori. Sciūt em̄ ꝙ precioſa eſt in con
ſpectu domini mors ſanctorꝫ eius. Etiamqꝫ cognoſcūt
ꝙ cum dederit delectis ſuis ſomnum. ecce hereditas do
mini filij ⁊c. Similiter ⁊ ipſi ſciunt ꝙ beati qui in domi
no moriūtur volūt eſſe participes cum eis quibus do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

minus dixit.' Vos eſtis qui permãſiſtis mecum in tẽp
tationib⁹ ⁊ tribulationib⁹ Volunt regnare cũ christo:
ſ3 nolũt ſecum pati. Talis erat balaam ariolus qui cõ
ſiderãs caſtra filioꝝ iſrahel. ⁊ intelligẽs eterne beatitu
diuis ꝑmiſſionem eis a domino factam dicebat. Moria
tur anima mea morte iuſtoꝝ ⁊ fiant nouiſſima mea ho
rum ſimilia. Finem eoꝝ appetẽs glorioſum. ſed labores
abhorrebat quib⁹ gloria mercbat̃. O bone ieſu volum⁹ ti
bi omnes conregnare: nolumus autem compati ⁊ tecũ
laborare. Tu elegiſti pauꝑtates ⁊ miſerias. nos xͦo vo
luptates ⁊ delicias Tu qd̓ carni aſperius: nos autem
quod cõmodoſius. Vñ bernard⁹ Naſcit̃ dei fili⁹ in cui⁹
arbitrio erat quodcũq3 vellet eligẽ tempus elegit quod
carni eſt moleſtius. ꝑ̄ſertim paruulo ⁊ pauperis mr̃is
filio. que vix pãnos haberet ad inuoluẽdum preſepe ad
reclinãdum ⁊ cum tanta eſſet neceſſitas nullam audio
fieri pellium mentionem. Christ⁹ itaq3 qui nõ fallit ele-
git quod carni moleſtius eſt. id igitur melius. id vtili⁹.
et id potius ẽ eligẽdum. Et quiſquis aliud ſuaſerit vel
docuerit: ab eo tanq̃3 a ſeductore eſt cauendum Ipſe ete
nim fratres eſt promiſſus olim per yſaiam prophetam
Paruulus ſciens reprobare malum ⁊ eligere bonum.
Malum igitur voluptas corporis: bonu3 vero afflictio
eiuſdem eſt. ſiquidem ⁊ hanc elegi: et illam reprobauit
puer ſapiens verbum ſanctum. Hec omnia bernardus.
O dilecte puer tu ab inicio elegiſti afflictiones corpora
les ⁊ patiendo voluiſti intrare gloriam tibi propriam:
ſed nos in delicijs viuendo volumus intrare gloriam
alienam. O q̃3 ſtulti ſumus ⁊ tardi corde ad credendũ:
volumus hic gaudere cum ſeculo: et poſtea regnare cũ
christo.' Dominus nudus ingredit̃: ſeruus ſuꝑfluitate
veſtium auri ⁊ gemmarũ onuſtus introibit.' Ille ieiu-
nus: iſte crapula ⁊ luxuria plenus. ille in cruce pro iſto
moriens: iſte pro illo in lecto delicate dormiens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Quod dominus non fecit.faciet hoc ſeruꝰ:ꝰ certe nō nec
etiam videꝝ cōſonum rationi. Audi q̄d loquiꝝ poeta In
cruce ſudauit dn̄s ſeruꝰ ne quieſcet Tolle tuā:tulit ipe
ſuam guſtauit acetum.facq̄ȝ idem nō maior erit reuerē
tia ſerui q̄ȝ dn̄i. Si vis eſſe ſuus ſecutor oportet tormē
ta tormētis ſequi nō itur ad aſtra delicijs Ideo mortem
quam ſoluē debes nature pſolue deo moriaris in illo.rū
pe moras.igiꝝ impone ſilētia carni. Delicias ſuſpēde tu
as ⁊ curras ad arma.prompta manꝰ plāgaſq̄ȝ moras di
lata voluptas. Nam ſicut d̄r hiero'in ep̄la ad iulianū.
Difficile imo impoſſibile eſt vt ⁊ p̄ntibus quis fruaꝝ bo
nis ⁊ futuris vt hic ventrem ⁊ ibi mētem repleat. ⁊ de
delicijs ad delicias trāſeat ⁊ in vtroq̄ȝ ſeculo primꝰ ſit ⁊
in terra ⁊ in celo appareat glorioſus. Item d̄r idem in
alio loco Impoſſibile eſt delicijs affluē ⁊ chriſtum ſequi
natura denegat vt cōtraria miſceanꝝ Nō poſſumꝰ deo
ſeruire ⁊ māmone:aut ego fallor aut ipſi in fine decipi-
enꝝ qui mihi modo nō credūt:credēt cū diuitie ſue tran
ſierunt in egeſtatem.diues epulabaꝝ quo ... e ſplēdide.
hic indutꝰ purpura ⁊ biſſo ſȝ mortuus q̄d n... ſi noluit
credere.poſtea in tormētis poſitꝰ ſenſit. Iſtud etiam in
nuere videꝝ beatꝰ bernar.in colloquio. Simonis petri ⁊
ieſu vbi taliter inq̄t. Abrahā ait diuiti epuloni Tu re-
cepiſti bona in vita tua ⁊ lazarꝰ ſimiliꝝ mala.nūc autem
cōſolaꝝ:tu vero cruciaris Quid dicemꝰ ad hec:ꝰ Si talis
eſt finis ⁊ tale iudicium vbi extrema gaudij luctꝰ occu-
pat.nunq̄d preferēda ſunt ī hoc ſeculo mala bonis.quip
pe nec ılla vera bona.ſȝ iſta vera potiꝰ ſalomonis ſenten
tia.meliꝰ eſt ire ad domum luctꝰ quam ad domum conui
uij. Ceteꝝ ſi ſic cruciandi ſunt qui in vita ſua bona rece
perūt:⁊ habentibꝰ conſolationē p̄ntem ve impoſitum ē
ſempiternum. quiſnam eorū poterit eſſe finis ſi ſcd̄m
multitudinem cōſolationum ſuarum dolores apprehē-
derint animas miſeroꝝ:ꝰ Conſequēs em̄ videtur vt bo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

na omnia ⁊ omnem ſeculi hui⁹ recipientis cõſolationẽ
nihilomin⁹ vniuerſum ve ⁊ vniuerſi maneāt cruciatus
Atuero illud eque ⁊ eadem abrahe ſentẽtia conijciendū
videt. Omnes qui contrario ductu ſpū vite pñtis om-
nia bona reſpuūt ⁊ mala eligūt omnia bona dñi ⁊ õnez
habituros cõſolationem. Hec omnia bernardus vbi ſu
pra. Renuat ergo cõſolaria anima tua in hoc mundo in
hac lachrymarꝫ valle. in terra laboris ⁊ miſerie. Nā ve
omnib⁹ qui hic recipiunt cõſolationem ſuam. Cõtemne
trāſitoria: fugeqꝫ delicias ⁊ gaudia mundana. Tibi eñ
abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri ieſu chriſti. Unde
petr⁹ bleſenſis. ſuꝑ iob ad regem anglie ita dt Putaſne
aliquis in pñti vita gaudeat ⁊ futura: ſi tamen gaudiū
debeat dici qđ turbat aſſidue ⁊ reſpergit amaritudīe pñ
ti. nimis delicat⁹ es. ſi vtramqꝫ pſumis: vti ſeculo ⁊ frui
chriſto pñtis mundi delicias cape: ⁊ nihilomin⁹ celeſtis
glorie diuitias obtinere. Audi qđ dictum ſit illi diuiti ĩ
euāgelio qui cruciabat in flamma: ⁊ lingue ardentis re
frigerium poſtulabat Fili recordare qꝛ recepiſti bona in
vita tua: ⁊ lazar⁹ ſimiliter mala. Hic igit conſolat: tu ve
ro cruciaris. O q̄ꝫ diſſimile premiū merito poſſum⁹ re-
putare inſanos ſanctiſſimos reges ac ꝓphetas. apoſto-
los. martyres. cõfeſſores teneros ac delicatas ꝟgines: q̄
omnes ſpretis diuitijs ac cõculcatis delicijs hui⁹ mūdi
ſeipſos ꝓ chriſto tribulationibus ⁊ morti obtulerūt: ſi
gloriam ⁊ honorem quam adepti ſunt in anguſtia ⁊ do
lore potuiſſent in voluptatib⁹ ⁊ delicijs obtinuiſſe. Hec
ille Petr⁹ bleſenſis. Uere frater vere quicq̄d dicat fir
miter hec tene ꝙ celum nõ aliter ſcandes: niſi quod do-
cuere apoſtoli teneas ore. morib⁹ ⁊ fide. Et quid docue-
rūt illi: Nõne ſobrie ⁊ iuſte viuere. humilitatem ⁊ pa
ciẽtiam. caritatem ⁊ conſtātiam ac ceteras virtutes to
tis viribus obtinere. mundum ⁊ que mundi ſunt deſpi
cere. diuitias ⁊ delicias fugere. penitentiam agere. in tri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

bulationib⁹ ⁊ miſerijs letari et gaudere. Tu quoqꝫ fac
ſimile ⁊ viues. eſto quoqꝫ forti animo in omnibus labo
ribus anguſtijs ⁊ penis In proximo enim eſt ꝙ a domi
no cureris. labora fortiter ſicut bonus miles chriſti. Et
ne cogites intra temetipſum aliquando ſic dicens Mul
tus ⁊ immenſus eſt labor meus: ego autem ſum mini-
mus ⁊ infirmus valde: nec valeo hoc propoſito finali-
ter perſeuerare. Audi verba Hieronymi in epiſtola ſic
dicentis. Nullus labor durus: nullum tempus lõgum
videri debet quo eternitatis gloria acquiritur. Unde
chriſoſtomus ſuper mattheum. Si quis viam laborio-
ſam exiſtimat ſue deſidie eſt accuſator. Si enim mina-
ces pelagi fluctus nautis. ſi tempeſtates atqꝫ hyems a-
gricolis ſi vulnera cedeſqꝫ militibus. ſi grauiſſimi ictus
plageqꝫ pugilibus leues videntur ⁊ tolerabiles propter
ſpem temporalium ⁊ pretereuntium cõmodorum: mul
tomagis cum celum preparat in premium: nihil ex pre
ſentibus aſperitatibus debeat ſentire. ac maxime labo-
res mitigat in benignum venire finem. Ne aſpicias ꝙ
via eſt aſpera: ſed quo ducit. ⁊ aliam quia lata eſt: ſꝫ vbi
deſinit. Certe iam video ꝙ dormientibus nõ prouenit
regnum dei: nec ocio vel deſidia torpentibus beatitudo
eternitatis ingeritur. Unde dicit leo papa in ſermone
ſed ſicut ſcribit mathei. xi. Regnum celorum vim pati
tur ⁊ violẽti capiunt illud. Uñ quidam. De regno celi
non credit mẽte fideli. Inſipiẽs ⁊ hebes ſꝫ tu bene credẽ
debes. Chriſto dicẽti rapiunt illud violẽti. Scilicet au
ſteri ſe caſtigãdo ſeueri. Mollia ſpernentes ⁊ carni vim
faciẽtes. Item ſup hoc dicit alius poeta. Aſper erit vi-
ctus aſper labor aſper amictus. Aſpera cũcta tibi ſi vis
ſup ethera ſcribi. Ecce iam patet manifeſte ꝙ ſicut ſcri-
bitur Actuũ. xiiij. Per multas tribulationes oportet
nos intrare regnum celorum. O ꝙ̃ bene attendebat hoc
beat⁹ auguſtinus. ꝗnon niſi tormẽtis itur ad aſtra dei.

Unde dt O anima mea ſi quotidie oportz nos tormē
ta pferre:ſi ipſam iehēnam lōgo tēpore tolerare:vt chri
ſtum in ſua gloria vidē poſſem⁹ ⁊ ſanctis ei⁹ ſociari. Nō
ne ergo modo dignum eſt pati omne triſte:vt tāti boni
tāteqȝ glorie participes habeamur. Inſidiētur ergo de-
mones:parēt ſuas temptatiōes.frangāt corp⁹ ieiunia.
premant veſtimēta cilicina.labores grauēt.vigilie exic-
cēt.inclamet me iſte inquietet me.ille vel ille frig⁹ con-
trahat calor adurat.caput doleat.pect⁹ areat.inflet ſto-
machus.palleſcat vult⁹. infirmetur homo tot⁹.deficiat
in dolore vita mea:⁊ anima in gemitib⁹. Ingrediat̄ pu-
tredo in oſſib⁹ meis:ſubter me ſcateat vt requieſcam in
die tribulationis ⁊ aſcēdam ad populum accinctū no-
ſtrum. Item petr⁹ bleſenſis. Fatiſcāt membra mea vigi
lijs.extenuētur ieiunijs.labore frangantur.liqueſcāt in
lachrymis oculi.imo ſi totum cerebꝝ ⁊ medulle corpis
in fletum effluāt:nō ſunt tamē cōdigne paſſiones hui⁹
temporis ad futuram gloriam que reuelabit̄ in nobis.
O ſi ſciret homo quid ⁊ ipſe et quid de⁹ eſſet: mille pati
mortes credēt eſſe nihil. Ecce que ⁊ quāta ſunt hilarit̄
pro deo ſuſtinēda.libēter ergo ſuſtine ⁊ gaudēter patia
re. Exemplum accipe in latronib⁹ ⁊ maleficis ad mortē
diiudicatis qui gauderēt ſi ꝑ abſcidēda auricula poſſēt
euadere mortem anime ⁊ acquirē gloriam eternalem:
Uñ eccleſiaſtici.vi. Exiguū laborabis ecce penitentie
paruitas ⁊ cito edes de generationib⁹ illius videlicȝ de
fructib⁹ glorie qui generātur ex labore penitētie. Item
ſapiētie.iij. In paucis vexati ecce laboris exiguitas: in
multis bene diſponētur. Ecce magna remuneratio ⁊ p̄
mium que exinde ſequūtur. Uñ beatus effrem. Si in-
quit modic⁹ eſt labor inſtitutiōis noſtre fratres cariſſi-
mi ⁊ magna eſt requies:parui temporis afflictio .ſed re
tributio eius videlicet delicie paradiſi ⁊ exultatio et le
ticia in ſeculum ſeculi permanebūt. Ideo dicit ſapiens

eccleſiaſtici vltimo. Videte oculis veſtris quia modi-
cum laboraui ꝛ inueni mihi multam requiem Et ſic cla
re patet ꝙ breuis eſt iſte labor: ꝛ premia multa laborum
Fac ergo libenter atq͡ꝫ voluntarie immortalis futurus
pro vita perpetue duratura que gratāter faceret homo
moriturꝰ pro temporali vita ad modicum differenda:
Et ergo finaliter concludendo patet aliqualiter ex ſupe
rius allegatis ꝙ hec nouiſſima videlicet mors. iudicium
iehēnna ꝛ gloria omnes qui continuam ꝛ iugem habēt
eorum memoriam valde ꝛ multipliciter reuocant a pec
catis. Sed pauci iſta ponderant et rariſſime ea cogitāt
ſeu conſiderant. omnes putant diu viuere ꝛ in ſenecta
vberi penitere. iudicem placare. infernum fugere. et ſic
celeſtem gloriam in delicijs viuendo et ocijs acquirere
tandem ꝛ eternaliter poſſidere. Non ſic impij non ſic:
hoc argumētnm non concludit: immo fallit ꝛ illud pro
ut ſatis lucide patet per predicta Et igitur omnes ſedu
cimini ꝛ niſi penitētiam egeritis ſimul peribitis: ꝛ mo
riemini in peccatis. Unde ſcribitur eccleſiaſtici. ij. Si
penitentiam non egerimus. incidemus in manus dei ꝛ
non in manus hominum. Sed prochdolor quis peni-
tet. quis peccata defler. quis ſubuenit pauperi. quis mi-
ſeretur inopi. quis compatitur miſeris quis cogitat de
futuris? Penitus nemo. nam fere tota generatio pra-
ua eſt atq͡ꝫ peruerſa que non direxit cor ſuum in bonū.
immo potius in malum. Omnes terrena ſapiūt ꝛ que
ſua ſunt querunt. non que ieſu chriſti. Munera diligūt
virtutes fugiunt. ꝛ ſicut iumenta in ſtercoribus. ſic et
ipſi in peccatis multiplicibus miſerabiliter computre-
ſcunt. Corrupti ſunt abhominabiles facti ſunt iniqui-
tatibus ſuis. Jam dominus de celo proſpexit ſuper fili
os hominum. vt videat ſi eſt intelligens aut requirens
bonum. Sed omnes declinauerūt ſimul inutiles facti
ſunt. nec eſt qui faciat bonum: vix etiam vſq͡ꝫ ad vnum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Ecce iam impletum eſt tempus. iam aduenit miſerabilis ille mūdi ſtatus. de quo Michee. vij ita prophetatur Periit ſanctus de terra ⁊ rectus in hominibus nō eſt. Omnes enim in ſanguine inſidiantur. vir fratrem ſuum venatur ad mortem. malum manuū ſuarum dicūt bonum. Qui optimus eſt in eis quaſi pſalmus. ⁊ qui rectus quaſi ſpina de ſepi. Quid plura? Nolunt ſcire et intelligere vt bene agant. nec oculos aperire vt clare videant: ſic excecauit eos malicia ipſorum. O ſtulta malicia. o mala ſtulticia voluntarie vitam fugere. mortem diligere. ſpernere bonum. agere malum. deumqꝫ cōtemnere: et demoni obedire. Cariſſime cur proprium caput enſe ſecas? Cur ſpōte cathenas demonis īcurris? Cur ſua iuſſa facis? Exurge exurge euigila ⁊ vide. Relinque diabolum fuge demonem. ne poſtea cum ipſis eternaliter cōtemnaris. Miror ⁊ ammiror qꝫ homo qui pre ceteris eſt creatura rationalis in nullo quaſi ſequitur iudicium rationis ſpernens ſalubria. affectans noxia. q̄rens et deſiderans mortifera ⁊ nociua. O deus eterne que cauſa talis dementie. que ratio tāte fatuitatis ⁊ inſanie. Cur anima mortez tā prono corde requirit. Cur ſibi qd tollit viuere captat homo? Uere vere gens abſqꝫ conſilio eſt et ſine prudentia. Ac vtinam ſaperent ⁊ intelligerent ac nouiſſima prouiderent.

Finiūt Quattuor nouiſſima

Sequūtur Exempla De gaudijs regni celorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Vidi in brabācia mulierem diuitem ⁊ honeſtam poſſeſ
ſam a demonio. Quam cum rogāte preſbytero religio
ſo viſitarem inuenimꝰ eam a vexatione demonis quie
ſcentem ⁊ ſenſate loquētem vt ſanam. Tūc occulte ne
mine aduertēte verſum cantici moyſi in deutronomio
ſcdm ꝙ olim a ſancto quodam vno audieram tercio re
petiui ad ꝓuocandum demonem in obſeſſa. Deum qui
te genuit dereliquiſti ⁊ oblitus es domini creatoris tui.
Nec mora mulier pallere cepit labijs atq; vultu et due
vene in collo eiꝰ ad groſſiciem pollicis intumeſcē. Tūc
ego inquio quare peſſime vexare feminam p̄ſumpſiſti.
Mortuo īquit viro ſuo compaſſa. in ſubſidium illiꝰ ani
me cōtulit quicquid boni fecerat in hac vita. ⁊ ex hoc na
cta occaſione vas vacuū mox intraui. Cui ego Menti
ris miſerrime ex hoc em̄ quod dedit mediante charitate
tumulatum eſt bonum eiꝰ. Et ille cum cachinno Men
dax inquit ſum nec mirum ſi mētior Mox ego Eſt ne il
la tam pulchra ſicut dicit᷑ celeſtis patria quam perdidi
ſti Et reſpōdit In infinitum pulchrior ꝙ̄ dicat᷑. Et ego
velles ne redire ad illam patriam ſi poſſes. Et ille Vel
lem inquit ꝙ poſſem vſq; ad diem iudicij omnia excogi
tata ſupplicia ſuſtinere. Cui dixi Et ego ꝓmitto tibi in
periculum ſalutis mee promiſſe ſi mendax inueniar il
lam perditam gloriam recuperare te poſſe ſi tātum hec
dixeris. Domine deus meus peccaui ignoſce mihi. Et
mox ille contorto collo exclamauit honorifice. Domine
domine Cumq; hoc ſepius cum clamore valido perſona
ret nec vltra in verbis procederetur Impoſſibile enim
ſciebam illi vt deum ſuum dominum recognoſceret ⁊ ſe
fateret᷑ peccaſſe atq; ſibi precaretur ignoſci tandem ſub
iunxit. Domine deus margarete ſic em̄ obſeſſa mulier
vocabatur deū recognoſcere dominum ſuū indignatꝰ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Tunc ego ad illum O infeliciſſime omnium creatura
rum ſuperbia eliſit te ⁊ de celo depulit te redire inexpia
bilis ſuperbia non permittit Nec mora confuſus ob-
mutuit. Et poſt paucos dies non tamen tunc feminã
dereliquit

Aliud ex dialogo gregorij

In tudertina vrbe in qua fortunatꝰ vir dei erat epiſco-
pus Marcellus quidam bone actionis vir cum duabus
ſororibus ſuis habitauit. Qui eueniẽte moleſtia corpo
ris ipſo ſacratiſſimo veſperaſcente iam ſabbato paſcha
li defunctus eſt Cuius corpus cum longius eſſet efferẽ
dum die eodem ſepeliri non potuit. Cumqꝫ mora eſſet
temporis ad explẽdum debitum ſepulture ſorores eius
morte illius afflicte cucurrerũt flentes ad fortunatum
venerabilem eiqꝫ magnis vocibꝰ clamare ceperũt. Sci
mus ꝙ apoſtolorum vitam tenes leproſos mundas ce-
cos illuminas .veni ⁊ reſuſcita mortuũ noſtrum. Qui
mox vt cognouit fratrem earum defunctum flere etiã
cepit ipſe de morte ipſius eiſqꝫ reſpondit dicens. Rece-
dite ⁊ hoc dicere nolite quia iuſſio omnipotentis dei eſt
cui contraire nullꝰ hominum poteſt Illis itaqꝫ diſceden
tibꝰ triſtis ex morte illius manſit epiſcopꝰ. Subſequẽti
autem die dominico ante exurgẽtis lucis crepuſculum
vocatis duobꝰ diaconibus ſuis perrexit ad domum de-
functi acceſſit ad locum vbi iacebat corpꝰ examine ibiqꝫ
ſe in orationem dedit. Expleta autem prece ſurrexit et
iuxta corpꝰ defuncti ſedit Nõ autem grãdi voce defun
ctum per nomen vocauit dicens Frarer marcelle veni.
Ille autem acſi leniter dormiẽs ad vicinam vocem quã
uis modica fuiſſet excitatus ſtatim aperuit oculos atqꝫ
ad epiſcopum reſpiciẽs dixit O quid feciſti o quid feci-
ſti. Cui epiſcopꝰ reſpondit dicens. Quid feci fili At ille
ait. Duo heſterna die venerũt qui me eijciẽtes ex corpe
in bonum locum duxerũt Hodie autem vnꝰ miſſus eſt

nuncius qui dixit Reducite eum quia fortunatꝰ epiſco
pus in domū illius venit Quibus verbis expletis mox
ex infirmitate cōualuit ⁊ in hac vita diuciꝰ mãſit. Nec
tamē credēdum eſt quia locum quem accepat ꝑdidit qꝛ
dubium nō eſt ꝙ interceſſoris ſui precibus potuit poſt
mortem meliꝰ viuere qui ante mortem ſtuduit omnipo
tenti deo placere Ex vita ſcī Franciſci.

Quidam iuuenis valde nobilis ac delicatꝰ venit ad or-
dinez ſancti frãciſci qui indutꝰ habitu fratrum poſt ali
quot dies diabolo inſtigãte cepit habere intãta abomĩa
tione habitum quem gerebat ꝙ videbatꝛ ſibi portare ſac
cum viliſſimum ⁊ ꝓpterea horrebat manicas abomina-
batꝛ capucium ⁊ ipſam longitudinem tunice ⁊ eiꝰ aſperi
tatem tanꝗ̄ importabilem eſtimabat Unde factum eſt
ꝙ creſcēte religionis faſtidio deliberauit penitꝰ reijcere
habitum et redire ad ſeculum Magiſter autem eiꝰ docu
erat eum ꝙ quãdo añ altare cōuentꝰ trãſiret in quo ſer-
uabatꝛ ſanctiſſimū chriſti corpꝰ cum magna reuerentia
genibꝰ flexis ⁊ diſcoopto capite ⁊ cancellatis manibus
deuote inclinaret Accidit autem illa nocte q̄ deliberaue
rat dimittē habitum ⁊ redire ad ſeculum ꝙ oportebat
eū ante altare trãſire vbi ſicut cōſueuerat genua flexit
et ſtatim fuit captꝰ in ſpū ⁊ oſtēſa ſibi fuit mirabilis vi
ſio Nam vidit quaſi multitudinē infinitam coram eo
proceſſionalitꝛ tranſeūtem. omnes vero qui in illa ꝓceſ
ſione beata erãt bini incedebãt. Et erãt veſtiti ornatiſſi
mis ⁊ ꝑcioſiſſimis diaſperis Facies autem eorum ⁊ ma
nus ⁊ quicquid apparebat de corpore ſole ſplendidiꝰ ra
diabat ⁊ ibãt cum cantu ⁊ iubilo angeloꝝ ſolemniſſime
et dulciſſime decantãdo. Inter quos duo nobiliores ce-
teris īcedebãt tanta claritate velati ꝙ mirãdum ſtupo
rem aſpicientibus ingerebãt. Et q̄i circa finem proceſſi
onis predicte vidit etiam quēdam tanta gloria decora-
tum ꝙ videbatur quaſi nouꝰ miles ab omnibus ſingu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

lariter honorari Dict⁹ autem Juuenis hec videns mira
bat valde ⁊ neſciebat quid hoc eſſet. nec interrogare trã
ſeũtes audebat nec poterat nimia dulcedine ſtupefact⁹
Sed cum proceſſio pertrãſiſſet ⁊ ipſe adhuc videns ex/
tremos reſumẽs audaciam cucurrit ad illos ⁊ interro
gans dixit O chariſſimi rogo vos ꝙ dicere placeat qui
ſint iſti tam admirabiles quos cõtinet hec venerãda ꝓ/
ceſſio Illi vero cõuertentes ad eum ſplendidiſſimas fa
cies dixerũt. Nos omnes ſumus fratres minores. qui
modo venimus de paradiſo Et ille rurſum interrogãs
Qui ſunt illi duo qui tantum excellẽter inter alios ru
tilãt Reſponderũt Illi duo ceteris clariores ſunt ſan
ctus franciſc⁹ ⁊ frater anthonius Ille autem vltim⁹ tã
tum honorat⁹ eſt quidam ſanct⁹ frater nouiter mortu⁹.
quem quia valẽter contra temptatiões pugnauit ⁊ vſ/
ꝗ in finem pſeuerauit in ſancto ꝓpoſito ad gaudia eter
ni regni cum gloria ⁊ triumpho perducim⁹. non ſolum
comitantib⁹ ſanctis ſed etiam letantib⁹ angelis Iſta ve
ro veſtimẽta diaſperi que nos tam decora portauimus
data ſunt nobis ꝓpter aſperas tunicas quas in religiõe
patienter detulim⁹ ⁊ glorie claritas quam tu vides da/
ta eſt nobis a deo ꝓpter humilem paciẽtiam quam feci
mus ⁊ ꝓpter ſanctam pauptatem ⁊ obediẽtiam ⁊ caſti/
tatem mundiſſimã quam vſꝗ in finem hilari mẽte ſer
uauim⁹ vnde fili non ſit tibi durum ſaccum religionis
tam fructiferum deportare quia ſi in ſacco frãciſci amo
re domini noſtri ieſu chriſti mũdum ſpernendo carnem
mortificãdo ⁊ contra diabolum dimicãdo viriliter te ha
bueris nobiſcum ſimili veſte fulgebis. Et his dictis Ju
uenis ad ſe rediit ⁊ confortatus ex ipſa viſione omnem
temptationem abiecit culpam coram gardiano et aliis
fratrib⁹ recognouit aſperitatem penitentie. ⁊ indumẽ
ti vt diuitias de cetero ꝯcupiuit. Et ſic imutatus i me
lius in ſancta vita finiuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Aliud

Anno dñi. M.cccc.iiij. Quidam clericꝰ de vendepera cū ſtuderet in ſcholis apud lugdunum vidit in viſione noctis vallem quādam ſub quodam monte ſup̱ quem ciuitas quedam pulcherrima ſita erat cuiꝰ aſpectus nimiū delectabat intuētes ita vt quiſquis eam videret de aſpectu illiꝰ ſaciari nō poſſet ⁊ omnibꝰ modis laborauit quomodo ad eam peruenire valeret. Interea vidit fluuium quendam ſub pede montis immo circa pedem currentē Quem dum circuiret querēs artem quomodo eum trāſmearet. vidit ſup̱ ripam fluminis duodecim lauātes in flumine tunicas ſuas Inter quas erat quidam veſte cādidiſſima indutꝰ multum alijs diſſimilis qui adiuuabat illos in tunicarum ſuarum ablutione qui poſtq̄ȝ iuuerat vnum ibat poſtea adiuuare alium. Tūc clericus q̄ hoc videbat acceſſit ad illum qui ceteros adiuuabat ⁊ dixit Que gens eſtis vos Qui ait Iſti paup̱es homines ſunt penitētiam agentes. ⁊ ſe a peccatis ſuis lauantes. et ego filius dei Jeſus chriſtꝰ ſine cuius auxilio nec iſti nec alij poſſunt benefacere. Ciuitas hec pulchra quā vides paradiſus eſt vbi ego maneo ⁊ quādo quis tunicam ſuam lauerit id eſt penitētiam peregerit in illam intrabit. Turpem ſatis diu queſiſti viam qua itur ad illam ſed nulla alia via q̄ȝ iſta ducit ad eam. His dictis clericꝰ a ſomno euigilauit ⁊ mirari cepit de viſione Cūq̄ȝ non multo poſt rediſſet de ſchola in patriam ſuam narrauit epiſcopo cabilonēſi viſionem hanc cui familiaris erat. Qua audita epiſcopꝰ ſuaſit ei vt ſeculum relinqueret ⁊ religionem intraret cōmendans ei ſup̱ omnes ordines nouellum illum ordinem ciſtercienſem Ille venit ciſtercium ⁊ inuenit locum incultum ⁊ deſertum ⁊ fratres īter beſtias cōmorantes. Ad portam vero monaſterij q̄ de vimine facta erat pendebat malleus ferreus cuiꝰ ſonitu ad portam portariꝰ compellabat᷑ ab introire volen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

tibus. Hoc vero ſonitu portarius vocatus venit ad eū
foras ⁊ inclinās ſe ad eum ſalutauit eum. Quem cleri
cus intuens cognouit ſtatim ſe eundem vidiſſe int̄ eos
qui tunicas ſuas in flumine lauabant Rogauitq; eum
vt ad ſe adduceret abbatem. Abbas igitur ⁊ totus con
uent⁹ venit ad eum ⁊ recognouit clericus omnes ſe vi
diſſe tunicas ſuas in flumine lauantes. Statimq; ceci
dit ad abbatis pedes rogans eum cum lachrymis vt ſu
ſciperet. Qui ſuſcept⁹ non multo poſt factuſq; ē prior.

Ex ceſario aliud.

Egrotabat in hemmerode cenobio ſacerdos yſenbran-
dus nomīe cuſtos eccleſie plus q̄ȝ triceſimū annū agēs
in ordine ⁊ ad extrema perduct⁹ eſt. Media nocte cum
ſuper eum miniſtroꝝ vigilaret diligentia audierunt eū
leui ſuſurro v̄ba ſonare. Timēteſq; ne morti proxim⁹
aliena loqueret̄ ori loquētis aure adhibita. intellexerūt
verba ſublimia edificationis plena de gloria celeſti ⁊ in
enarrabili leticia ſanctoꝝ Dignum ergo indicantes te-
ſtem his idoneum adhiberi nunciauerūt hec abbati. qui
et ipſe graui laborabat infirmitate. Vocat⁹ abbas affu
it Interim cecinit horologium ⁊ occaſiōe ſumpta ſic fa
ri cepit. O q̄ȝ ſuauem noctem exegi q̄ȝ delectabili horolo
gio operam dedi q̄ȝ dulces ⁊ ſuaues cōcentus audiui cho
ris in celo pſallētium interfui. O q̄ȝ cōcorditer ⁊ delecta
biliter pſallebāt In noſtro cantu ſolet eſſe diſſonantia
tedium laſſitudo. ibi lōge aliter eſt In vnam omnes cō-
ueniūt melodiam ſuper omne quod delectat dulciorem
Infatigabiles laudare nō ceſſant ⁊ quāto plus laudant
tanto plus creſcit amor laudādi. ⁊ mirabili atq; ineffa-
bili modo hec ꝓuenit. in vſum gratiſſime quietis q̄ nun
q̄ȝ vacāt a laude creatoris Ibi qui magis hic humilitati
ſunt mediocrib⁹ vel minimis ꝯtenti glorioſius exultāt
abundātiorem recipientes cōſolationem faciem ſplen-
didiſſimam ſtatura celſi veſte glorioſi. Cum his familia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

riter cõuerſatus ſum ⁊ amico refectus colloquio· Tã-
ta gloria veſtium delectatus ſollicite querebam ſi talez
ego habiturus eſſem ⁊ dixerunt. Qui viuit irreprehen
ſibiliter talem veſtem ſperare poteſt. Si vero vicium
latuerit in ↄuerſatione macula apparebit in veſte. Cul
pa enim vite maculam facit in veſte Immaculat⁹ ergo
merebitur habere veſtem qui ſe a maculis ſeruat immu
nem Et dixi Que ſunt macule. Et illi. Murmuracio·
detractio. inuidia. negligẽtia ⁊ quicquid ſinceritatẽ cor
dis maculat ⁊ confundit. Qui talia agunt in gloria ve
ſtis maculam ponunt. Tu vero ꝓ multis laborib⁹ ⁊ vi
te honeſtate ſimilem ſortieris veſtem. His dictis fauci
bus arefactis viribuſqꝫ exhauſtis defecit loquens poſt
modicum inſtillata refocillat⁹ aqua reſumptoqꝫ ſpiritu
ad loquendum ſe parans ſpem fecit auditoribus ⁊ ait.
Utinam differret me dominus vſqꝫ dum cõpleto ope-
re dei dñis noſtris loqui poſſem. O q̄ leti nuncij baiu-
lus eſſem q̄ leta q̄ ſtupenda narrarem que vidi que au
diui ⁊ ſenſi: que parata ſunt diligentib⁹ deum ⁊ in lau-
de eius vigilantibus Et abbas Frater quomodo hec vi
diſti. Et ille Quater hac nocte raptus ſum ante deum
pect⁹ meum apertum eſt ⁊ anima mea educta eſt. ⁊ ſta-
tim fui inter choros angeloꝝ ⁊ vidi dominam noſtram
in immẽſa claritate cum ſuis ſacris virginibus que ſe
mihi ꝓmiſit in neceſſitate affuturam ⁊ ſanctum micha
elem cum multo exercitu angelorum preparatũ in au-
xilium mihi. Nam altari ⁊ memorie ſue. honorem ſem
per ſolebam impẽdere ⁊ innumerabilez multitudinem
ſanctoꝝ ⁊ quos antea non viderã ſtatim agnoui. Rur
ſumqꝫ ſpũ ⁊ virib⁹ deficiẽs loqui ceſſauit. Compulſus
itaqꝫ de ſorbicula papillũ accepit ⁊ guſtãs ait. O q̄ dul
cis eſt dñs guſtantibus O quãta eſt eius ſuauitatis e⁹
abundãtia q̄ larga ⁊ indeficiẽs ⁊ omnium deliciarum
copijs affluẽs qua me in hac nocte reficẽ dignat⁹ eſt O

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

dulcedo illa dulcedo gratiſſima optabilis ꝛ p̄ſtantiſſima
O q̄ȝ ſingularis q̄ȝ excellēs ꝛ ineffabilis. Intus eram ī
corde vtrumq̄ȝ teneo v̄bis autem explicare non valeo.
Quam ſentire potui nō poſſum effari rei nimietate vi
ctus Tam felici refectione paſtus hāc refectionē ſup-
addē ſupfluū duco Hec breue ꝛ modicum nutrimētum
preſtat illa in ppetuū reficit ꝛ ſaginat. O q̄ȝ beati ſunt
qui illa ſine fine fruituri ſunt Iubēte abbate vocati ſūt
quidā nouicij viri quondā in ſeculo clari v̄tute militari
inſignes quos ita cōſolatus eſt vere felices eſtis ꝛ ter
quaterq̄ȝ beati qui de vana veſtra cōuerſatione atq̄ȝ mū
dana vanitate per diuinam miſericordiam vocati eſtis
partem in celis cum iuſtis habituri. Cōſtat enim de ſa
lute veſtra ſi tamē perſeuerauerítis Nam dn̄s dauid ī
deſinēter ꝓ vobis p̄ces ad dominum fundit quatenus
quod ſalubriter inchoaſtis felicit̄ compleatis Vnū au
tē eorum nōie exprimēs de eo dicebat niſi portas clau-
ſtri ingreſſus fuiſſȝ mortis eterne portas nō euaſiſſet.
Aderant ꝛ hoſpites cōuertēdi gratia de ſedib⁹ ſuis euo
cati ſed nimio adhuc rerum temporalium amore detēti
rem arduam aggredi dubitabāt Qui fiducialit̄ accedē-
tes ad virum dei mētis fluctuationē confeſſi ſunt q̄ vi
delicet velle adiacēt eis perficē autem bonum non in-
uenirēt ſupplicabāt vt orationib⁹ eius adiuti mererent̄ ī
bono ſtabiliri Et ille. Quādiu mēte adhētis ſeculo nō
poteſtis pfcē placē deo nec firmari in bono habentes vo
luntatē fixā in malo Quapropt̄ recedite oīno ab his q̄
inutilit̄ amatis ꝛ nō deerit vobis grā ſaluatoris Si vi
diſſetis q̄ ego vidi omnē gloriā mūdi vilē reputaretis.
Deinde multa q̄rebāt ille de p̄re ille de frē ille de ſuo ſta
tu futuro ille de pn̄ti Sȝ vir dei ita ſingulis reſpōſum
tempauit vt ſecretoꝝ reuelator ꝛ cōſciētiarū inſpector
eſſe pbaret Mox vocāte deo ſancta illa anima carne ſo
luta ē ad dolores corpis vltra nō reditura ſȝ vt credim⁹

mmortalitatis luce veſtiēda ⁊ perhenni gaudiorum ſu
auitate reficienda.
Hieronym⁹ ad moniales. Angelicis choris ſanctorum
qꝫ ſocietatib⁹ hic ſtudeatis intereſſe vt omnes poſtmo-
dum in corporis exitu vobis gaudentes ⁊ leti tanq̄ꝫ no
tis occurrant. ſi ſic feceritis nihil vobis dulcius nihil io
cundius q̄ꝫ his intereſſe conuiuijs. his pabulis ſaciari.
Quibus ſemel deguſtatis terrena omnia amara reddā
tur. Experto itaqꝫ ſeni deuote conſulenti credite filie.
Scio quod loquor cariſſime Nam vt inſipientiam lo-
quar Ego homunculus ſic abiectus ſic vilis in domo do
mini Adhuc viuens in corpore angeloꝝ ſepe choris in-
terfui de corporeis per hebdomadam nihil ſentiens
Item Auguſtin⁹ de libero arbitrio Tanta eſt pulchri-
tudo iuſticie tanta eſt iocunditas lucis eterne vt etiam
ſi non liceret in ea amplius delectari q̄ꝫ vnius diei hora
propter hoc ſolum innumerabiles hui⁹ vite dies pleni
delicijs ⁊ affluentia bonorum temporalium recte ⁊ me-
rito deſpicerentur.
Idem Eterna beatitudo conſiſtit in duob⁹. ſ. in neceſſa
ria abſentia omnis mali ⁊ in neceſſaria pn̄tia omnis bo
ni. Si enim queris quid ibi eſt. aliter non poteſt reſpon
deri niſi quicq̄d boni ē ibi eſt quicq̄d mali eſt ibi nō eſt
Et Gre. Nihil exteri⁹ quod ibi appetat̄ ⁊ nil īteri⁹ qđ
Gre. Que līgua dicē vel q̄s ītellect⁹ cape (faſtidiat̄
ſufficit illius ſupne ciuitatis quāta ſint gaudia āgeloꝝ
choris inteſſe cū beatiſſimis ſpiritib⁹ glorie cōditoris aſſi
ſtere. pn̄tē dei vultū cernē. īcircūſcriptū lumē vidē nul
lo mortis metu affici īcorruptiōis munē ꝑpetue letari.
Aug⁹ in de cōflictu vicioꝝ Recedat amor pn̄tis ſcl'i in
quo null⁹ ita naſcit̄ vt nō moriat̄. ⁊ ſuccedat amor futu
ri ſeculi in q̄ oēs viuificant̄ vt deinceps nō moriantur.
Ubi nec aduerſitas turbat. nulla neceſſitas anguſtat.
nulla moleſtia inquietat ſꝫ ꝑhēnis leticia ibi regnat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Item hieroꝰ. Si chriſtum dn̄m ⁊ regem cui eſt nomē
ſup̲ omne nomē oportuit pati ⁊ ita intrare in gloriam
ſuam quam iam fiduciam habemꝰ nos intrare ſine labo
re gloriam alienam. O ꝗ̄ ſtulti ſumus ⁊ tardi corde ad
credēdum. Volumꝰ hic gaudere cum ſeculo ⁊ poſtea re
gnare cum chriſto difficile eſt imo impoſſibile vt ⁊ pn̄ti
bus quis fruatur bonis ⁊ futuris nec hic ventrem ⁊ ibi
mentem repleat vt de delicijs ad delicias trāſeat ⁊ vtro
ꝗ̄ ſeculo primꝰ ſic vt in terra ⁊ in ſeculo appareat glori
oſus Impoſſibile eſt delicijs affluere ⁊ chriſtū ſequi Na
tura denegat vt contraria miſceantur. Non em̄ poſſu
mus deo ſeruire ⁊ māmone
Unde beatus Augꝰ. O anima mea ſi quotidie oportet
nos tormēta ꝑferre Si ipſam iehēnam lōgo t̄pe tolera
re vt chriſtū in ſua gloria vidē poſſemꝰ ⁊ ſanctis eiꝰ ſoci
ari. Nōne dignum erat pati omne q̄d triſte eſt vt tanti
boni tāteq̄ glorie ꝑticipes habēmur. Inſidient ergo de
mones parēt ſuas temptatōes frangāt corpus ieiunia:
premāt veſtimēta cilicina. labores grauēt. vigilie exſic-
cāt. clamet me iſte inquietet me ille. vel ille frigꝰ contra
hat. calor adurat. caput doleat. pectꝰ areat. inflet ſtoma
chus. palleſcat vultꝰ. infirmet homo totꝰ. deficiat in do-
lore vita mea. ⁊ anni mei ī gemitibꝰ. ingrediat putredo
in oſſibꝰ meis. ⁊ ſubter me ſtateat vt requieſcam in die
tribulationis ⁊ aſcendā ad populū accinctū noſtꝝ
Item Petrus bleſen̄. Fatiſcant membra vigilijs. ex
tenuent ieiunijs. labore frāgant. liqueſcāt in lachrymis
oculi imo ſi totū cerebꝝ ⁊ medulle corꝑis in fletum ef-
fluant non ſunt tamen cōdigne paſſiones huiꝰ tempo-
ris ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis
Item O ſi ſciret homo quid ipſe quid ⁊ deus eſſet. Mil
le pati mortes crederet eſſe nihil
O quāta erit in celo leticia qn̄ nō ſolum in anima ſ3 eti
am in corꝑe fuerit gloriādum. Nam intꝰ ⁊ extra ſubtꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

et ſupra imo circumquaqꝫ mirabilit̄ iuſtus gaudebit.
Intus de puritate cōſcientie.extra de corporis glorifi-
catione.ſubtus de celi ⁊ aliaꝝ creaturaꝝ pulchritudine
Supra de dei viſiōe.⁊ circūcirca de āgeloꝝ ⁊ oīm ſcōꝝ
iocūda ⁊ delectabili aſſociatione.
O ciuitas celeſtis māſio ſecura.patria totū cōtinēs qḋ
delectat Merces ſanctoꝝ tā magna eſt ꝙ nō poteſt mē-
ſurari.tam multa ꝙ nō p̄t numerari.tam copioſa ꝙ nō
poteſt finiri.tam p̄cioſa ꝙ nō poteſt eſtimari
Petrꝰ bleſenſis ad regem anglie ſup Job Putas ne ꝙ
aliq̄s in p̄n̄ti vita gaudeat ⁊ ī futura Si tn̄ gaudiū de
beat dici qḋ turbat̄ aſſidue ⁊ reſpgit̄ amaritudīe p̄n̄ti ni
mis delicatꝰ es ſi vtrūqꝫ p̄ſumis vti ſeculo ⁊ frui chriſto
p̄n̄tis mūdi delicias cape ⁊ nihilominꝰ celeſtis glīe diui-
tias optinē Audi qḋ dictum ſit illi diuiti in euāgelio fi
li recordare q recepiſti bona ī vita tua Merito poſſemꝰ
reges ſciſſimos reputare īſanos ⁊ ꝓphetas apl̄os mar-
tyres cōfeſſores teneras ac delicatas ꝟgines oēs q̄ ſpre
tis diuitijs ⁊ ꝯculcatis delicijs huiꝰ mūdi ſeipſos ꝑ xp̄o
tribulationi ⁊ morti obtulerūt ſi glām quā adepti ſunt
in anguſtia ⁊ dolore potuiſſent in voluptatibus ⁊ deli-
cijs obtinere
Hieronymꝰ Quotienſcūqꝫ te vana ſeculi delectat am-
bitio.quotiēs in mūdo aliquid videris glorioſum ad pa
radiſum mēte trāſgredere ⁊ eſſe incipe qḋ futurꝰ es.
Idem Omne opꝰ leuius ferri ſolet cum eiꝰ precium ex-
cogitat̄ ⁊ ſpes premij ſolaciū fit laboris. Et nullꝰ labor
durꝰ nullum tempꝰ longum videri debet quo eternitatꝭ
gloria acquiritur.

Finiūt exēpla de gaudijs regni celoꝝ Et
alioꝝ trium nouiſſimoꝝ. Impſſa Dauātrie
In platea epiſcopi. Anno dn̄i: M.cccc.lxxxix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 39